MARCI TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM LIBRI QVATVOR

A IOANNE STVRMIO

Puerilis educationis causâ selecti;


Et ad castigatissima CICERONIS exemplaria recens collati,

Quibus adiecta est etiam difficiliorum locorum brevis explanatio, ex FRANCISCI IVNII, PAVLI MANVTII, SIMEONIS BOSII *Commentariis descripta,*

Per I. R.

4 A. a 31.





EDINBVRGI,
Excudebat Andreas Hart, 1618.

INTEGERRIMIS ET PRO-BISSIMIS VIRIS, D D. PATRICIO GALLOVA, & IOANNI HALL, Eccleſiæ Edinburgenæ Paſtoribus,

IOANNES RAYVS

S. D.

LEvidenſe munus hoc (viri graves) vobis offero devotæ in vos obſervantiæ meæ, & benevolentiæ in Remp. literariam arrabonem, Epiſtolas Ciceronis *quas juventuti prælegendas* Io. Sturmius *ſelegit, nuper excudendas curavi, quòd hanc operam plurimum conducere cenſui, cùm ad frequentes paſſim mendas quibus librariorum incuria ſcatebant eluendas, tum ad ſubmovendas ſalebras, ad quas ſubinde reſtitabant mediocriter literati. In tenui labor eſt, fateor, neque enim laureolam in muſtaceis quæro; neque in iis corrigendis fama, aut gloriola, ſed officio, & puerorum inſtitutioni operatus ſum: nempe ut diſcentibus quotidianam reſtituendi moleſtiam minuerem, & hac opellâ exercitationis meæ rationem vobis Patronis, ut par erat redderem. Non deſore tamen invidiæ qui à trivialibus quovis magiſtello decantandis Grammaticæ minutiis aſſueto, hæc potuiſſe præſtari dicent: ſed adverſus Sycophantarum morſus quia non invenio remedium, eorum ego gratiam odiúmque juxta æſtimo. Bonis placere ſtudeo non plurimis. Vobis (qui aqui rerum æſtimatores eſtis) ſi feliciter & fideliter operam in ſuſcepta provincia præſtitiſſe videbor Theonas & vaniloquos nihil moror. Valete & Remp. literariam curate ut facitis.*

MARCVS TVLLIVS CICERO TERENTIÆ SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

LIBER PRIMVS.

Famil. Libro 14. Epist. 22. 1

SI vales, bene est; ego valeo. Nos quotidiè tabellarios vestros exspectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores quid nobis faciendum sit, faciemusque te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale Kalend. Sept.

Tullius S. D. Terentiæ suæ. Fam. 14. 21. 2

SI vales, bene est: ego valeo. Da operam ut convalescas: quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres, & ad me de omnibus rebus quàm sæpissimè literas mittas. Vale.

Cicero S. D. Terentiæ suæ. Fam. 14. 8. 3

SI vales, bene est; ego quidem valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentissimè. Nam mihi & scriptũ, & nunciatum est, te in febrim subitò incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiorẽ, fecisti mihi gratum. Item posthac si quid opus erit, si quid acciderit, facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. Datum 4. Nonas Iunii.

Tullius S. D. Terentiæ suæ, Famil. Lib. 14. Epist. 23. 4

SI vales, bene est: ego valeo. Nos neque de Cæsaris adventu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale 4. Idus Sextil.

Cicero S. D. Terent. suæ, Famil. lib. 14. Epist. 24. 5

SI vales, bene est: valeo. Redditæ mihi tandem sunt à Cæsare literæ satis liberales: & ipse opinione celerius venturus dicitur. Cui utrùm obviam procedam, an hîc eum exspectem, cùm constituero, faciam te certiorem.

Tabellarios mihi velim quamprimùm remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Prid. Id. Sextil.

Tullius S. D. Terentiæ suæ. Famil. lib. 14. Epist. 17.

SI quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id & pluribus verbis, & sæpiùs. Nunc quæ sunt negotia vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta, & Trebatio poteris cognoscere, Tu fac ut tuam & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

Tullius S. D. Terent. suæ. Famil. Lib. 14. Epist. 15.

SI vales, bene est: ego valeo. Constitueramus, ut ad te anteà scripseram, obviam Ciceronem Cæsari mittere; sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De cæteris rebus etsi nihil erat noui, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. 12. Kal. Quintil.

Tull. S. D. Ter. suæ. Fam. lib. 14. Epist. 19.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ. De qua nihil est quod ad te plura scribã; tibi enim æquè magnæ curæ esse certò scio. Quòd me propiùs vultis accedere, video ita esse faciẽdum: etiam ante feciſſe: sed me multa impedièrũt, quæ ne nunc quidé expedita sunt. Sed à Pomponio exspecto literas, quas ad me quàm primùm perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

Tullius S. D. Terent. suæ. Famil. lib. 14. Epist. 12.

QVOS in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuò gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisq; injuriis, metuo, ne id cõsilii ceperimus, quod non facilè explicare possimus. Quare quantum potes nos adjuva. Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quòd te dem, hoc tempore nihil est: & longum est iter, & non tutum, & non video quid prodesse possis si veneris. Vale. Datum Pridie Nonas Novemb. Brundusio.

Tull. S. D. Ter. suæ. Fam. Lib. 14. Epist. 11.

SI vales, bene est: ego valeo. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunii, cujus summa virtute, & singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longè alia in fortuna esset, atque

jus pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Salust. si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam diligenter cura. Vale. 17. Kalend. Quintil.

Tull. & Cic S. D. Tironi suo, Fam. lib. 16, Epist. 2. 11

SEptimum jam diem Corcyræ tenebamur, Qu. autem pater, & filius Buthroti; soliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil à te literarum. Iis enim ventis istinc navigatur, qui si essent, nos Corcyræ non * sederemus. Cura igitur te, & confirma; & cum commodè, & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat. Charus omnibus exspectasque venies. Cura ut valeas etiam atque etiam Tyro noster. Vale. 15. Kalend. Novemb. Corcyræ.

(SEDEREMVS.) Sedere est interdũ nihil agere, sed morari, ut hic apud Terentium. Sedere domi virginem tam grandem.

Tullius S. D. Tironi suo. Famil. 16, 4. 12

NOn queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim affectus: tantùm scribo & tibi, & mihi maximæ voluptati fore, si te firmum quamprimùm videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia 120. Leucade aut teipsum aut tuas literas à Curione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantùm fac ut valeas, vel quantum te à me scis diligi. Nonis Novemb. Alyziæ.

Cicero filius Tironi S. D. Fam. lib. 16, Epist. 24. 13

TSi justa & idonea usus es excusatione intermissionis literarum tuarũ, tamen id ne sæpius facias rogo. Nam de republicâ rumoribus & nunciis certior fio, & de in me voluntate semper ad me scribit pater, tamen quavis minima re scripta ad te epistola semper gratissima. Quare cùm [illegible] desiderem literas, noli committere, [illegible] potius explere debes scribendi, quàm [illegible] literarum. Vale.

Cicero S. D. [illegible] Fam. 3. 25. 14

AGesarchus Larissæus, magnis meis beneficiis ornatus in consilium meum, [illegible]

diligẽtissimè coluit. Eum tibi magnopere cõmẽdo: & ut hospitẽ & familiarẽ meũ, & gratũ hominẽ, & virũ bonum, & principẽ civitatis suæ, & tua necessitudine dignissimũ. Pergratũ mihi feceris, si dederis operã, ut is intelligat hãc meam cõmẽdationẽ magnũ apud te põdus habuisse. Vale.

Cicero Trebatio S. D. Fam. 7. 18. 15

EPistolam tuam quam accepi ab L. Aruntio conscidi innocentẽ: nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset, Sed & Aruntius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Verùm illud esto, nihil te ad me posteà scripsisse demiror, præsertim tã novis rebus. Vale.

Cic. S. D. Q Val. Legato. Proconſ. Fam. li. 13. epiſt. 6. 1

PVb. Cornelius qui tibi has literas reddidit, est mihi P. Cuspio commendatus, cujus causa quantoperè cuperem, deberemque profectò ex me facilè cognovisti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quamprimùm, quàm sæpissimè gratias agat. Vale.

Cicero S. D. Memmio. Fam. 13. 3.

AVlum Fusium unũ ex meis intimis, observantissimum studiosissimumq; nostri, eruditum hominẽ, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum, velim ita tractes ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quàm quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

Cicero S. D. Cornificio. Fam. 12. 27.

SExtus Aufidius, & observantiâ qua me colit, accedit proximos, & splẽdore equitis Romani nemini cedit, autẽ ita tẽperatis, moderatisq; moribus: ut sũma severitas sũma cũ humanitate jũgatur, Cujus tibi negotia quæ sunt in Africa ita cõmẽdo, ut maiore studio, magisve ex animo cõmẽdare non possim. Pergratum mihi feceris si dederis operã, ut is intelligat meas apud te literas maximũ pondus habuisse. Hoc tẽ vehemẽter, mi Cornifici, rogo. Va

Cic. S. D. Basilio. Fam. lib. 6. Epist. 16.

TIbi gratulor: mihi gaudeo, te amo, tua tueor, à te amari, & quid agas quidq; agatur certior fieri volo. Va

D. Bru

D. Brutus Imp. Tull. Cic. S. D. 11. 4. 20

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere: sed profecto est ta, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad malpinos, cum exercitu, non tam nomẽ captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere, firmosq. eos d tuendas nostras res efficere, quod mihi videor consecutus, nam & liberalitatem nostram & animum sunt experti, cum omnium bellicosissimis bellum gessi, multa astella cœpi, multa vastavi. Non sine causa ad senatum teras misi. Adjuva nos tua sententia, quod cùm facies, x magna parte communi commodo inservieris. Vale.

M. T. C. Servio Sulpitio, S. D. Fam. 13. 20. 21

A Sclapone Patrensi medico utor valde familiariter, ejusque tum consuetudo mihi jucunda fuit, tum iam ars, quam sum expertus, in valetudine meorum, qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfecit. Hunc igitur tibi commendo & à peto, ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsse de se, meamque commendationem usui magno sibi isse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

Cicero S. D. Appio Balbo. Fam. 10. 29. 22

DE meo studio erga salutẽ & incolumitatẽ tuam credo te cognoscere ex literis tuorũ; quibus me cumulatissimè satisfeciſſe, certò scio: nec iis concedo quanquã sunt ngulari in te benevolẽtia, ut te salvũ malint. quã ego, illi ihi necesse est cõcedant, ut tibi plus, quã ipsi hoc tẽpore rodesse possim: quod quidẽ nec destiti facere, nec desim, & jã in maxima re feci, & fundamẽta jeci salutis tuæ, u fac bono animo magnoq. sis, meq. tibi nulla re defurum esse confidas. Prid. Nonas. Quintil. Vale.

Cicero S. D. Mario. Fam. 23

AD 8. Kalẽd. Iul. in [illegible] veni [illegible] ne meo, vel nostro potiùs: in Põ[illegible] sed facilè ante rtioré. Te cũ sẽper [illegible] cupio, [illegible] dũ hic sumus. des enim quanto [illegible] sumus. Quare si quid nstituti cũ podagra habes, fac in aliũ diẽ differas. Cũra tur ut valeas, & me hoc biduo aut triduo exspecta. Vale.

Cic. Planco Imp. Consul. Des S. D. Fam. li. 10. Ep. 14. 24

O Gratam famam; biduo ante victoriã, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis, atq; etiã hostibus fusis, spes omnis in te est. Fugisse enim ex prælio Mutinẽsi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minùs gratum extrema delere quàm prima depellere. Equidem exspectabã jam tuas literas, idq; cum multis, sperabamq; etiam Lepidum tẽporibus admonitum tibi & Reipublicæ satis esse facturum. In illam igitur curã incumbe mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, & Rempublicam diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequêre. 3. Idus Maii. Vale.

Cicero Papirio Pæto. S. D. Famil. 9. 23. 25

HEri veni in Cumanũ; cras ad te fortasse: sed cùm certum sciam, faciam te paulò ante certiorẽ. Etsi Marcus Ceparius, cùm mihi in sylva *Gallinaria obviam venisset, quæsissemq; quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares, tuli scilicet molestè ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam. Non etiam arbitror coquum etiam te arthriticum habere. Exspecta igitur hospitem cùm minimè edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis. Vale.

(GALLINARIA.) Varr. de re Rust. lib. 3. sylva gallinaria, gallinis rusticis dicta in mari Tusco, secundum Italiam, contra montes Ligusticos. Strabo lib. 5.

Cicero S. D. Planc. Fam. 4. 15. 26

ACcepi perbreves tuas literas; quib⁹ id quod scire cupiebam, cognoscere non potui; cognovi autẽ id quod mihi dubium nõ fuit. Nam quàm fortiter ferres cõmunes miserias, non intellexi: quàm me amares facilè perspexi; sed hoc scieram: illud si sciissem, ad id meas literas accõmodassẽ. Sed tamẽetsi anteà scripsi quæ existimavi scribi oportere, tamẽ hoc tẽpore breviter te cõmonendũ putavi, ne quo in periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamẽ in cõmuni sumus. Quare non debes aut propriam fortunã & præcipuã postulare, aut cõmunem recusare. Quapropter eo animo sim⁹ inter nos, quo sẽper fuimus: quod de te sperare, de me prẽstare possum. Val.

C. Dolabellæ, S. D. Famil. 9, 12. 27

GRatulor Baiis noſtris, ſi quidem, ut ſcribis, ſalubres repentè factæ ſunt; niſi fortè te amant, & tibi aſſentantur, & tamdiu, dum tu ades, ſint oblitæ ſui. Quod quidem ita eſt, minimè miror, cœlum etiam & terras vim ſuam, tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi miſi, velim ſic legas, ut cauſam tenuem, & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam, ſed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo, cujuſmodi ipſius ſolent eſſe mutanda. Tu velim animo ſapienti, fortique ſis, ut tua moderatio & gravitas aliorum infamet injuriam. Vale.

LEVIDENSE adjectivum legendum, ſic Iſidorus. Et contrariam ponit Pavidenſem veſtem, quæ graviter denſata & calcata ſit, cuti prior leviter denſata.

C. Imper. Marco Calio Aedili Curuli, Fam. S. D. 2, 14. 28

FAbio viro optimo, & homine doctiſſimo, familiariſſimo utor, mirificêque eum diligo, cùm ptopter ſummum ingenium ejus, ſummamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam. Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi res eſſet mea. Novi ego vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui veſtra opera uti velit: ſed in hoc homine nullam accipio excuſationem, omnia reliqua ſi me amabis, cùm tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer exſpecto & deſidero, immiſiſq; quid agas ſcire cupio. Nam iamdiu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur. Vale.

HOMINEM OCCIDAT.) Iocatur cum laude Cælii: ſolent enim magni patroni graves tantum cauſas recipere.

Cicero Trebatio S. D. Fam. 7, 22. 29

Cluſeras heri inter ſcyphos, quod dixerã cõtroverſiam eſſe, poſſetne hæres, quod furtum anteà factum eſſet, rei furti agere. Itaq. etſi domum bene potus, ſeroque veneram: tamen id caput ubi hæc controverſia [illegible] & deſcriptum tibi miſi: ut ſcires id, quod tu hominem ſolere dicebas, Sextum Helium, M. Manilum, M. Brutum, ſenſiſſe. Ego tamen Scævolæ & Teſtæ aſſentior. Vale.

SCYPHIS.

(SCYPHIS.) Scyphus Vas potorium fuit. Tibul.

Adſtabat cum Scyphus ante dapes.

(BENE POTVS.) Pro valde: ſic bene nummatus. Horat.

Cicero S. D. Bruto Imper. Fam. 11. 15.

ETſi mihi tuę literæ jucundiſsimę ſunt, tamẽ jucundius fuit, quod in ſumma occupatione tua Planco Colleg mandaſti, ut te mihi per literas excuſaret, quod fecit il diligẽter, mihi autẽ nihil amabilius officio tuo & diligẽ tia. Cõjunctio tua cum collega, cõcordiaq. veſtra quę lit ris cõmunibus declarata eſt S. P. Q. R. gratiſſima accidi Quod ſupereſt, perge mi Brute, & jam non cũ aliis, ſed te cum ipſe certa, Plura ſcribere nõ debeo, præſertim ad t quo magiſtro brevitatis uti cogito. Literas tuas vehemẽ ter exſpecto, & quidẽ taleis qualeis maximè opto. Val

Cic. S. D. Furfano Proconſul. S. D. Fam. 6. 9.

CVm A. Cecina tanta mihi familiaritas conſuetudo ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſſit. Nam & pat ejus claro homine, & forti viro plurimùm uſi ſumus, & hunc à puero, quod & ſpem mihi magnam afferebat ſum mæ probitatis, ſummæq; eloquentiæ, & vivebat mecu conjũctiſſimè, non ſolùm officiis amicitiæ, ſed etiam ſtu diis cõmunib⁹, ſic ſemper dilexi, ut non ullo cum homi cõjunctius viveré. Nihil attinet me plura ſcribere; quà mihi neceſſe ſit ejus ſalutem, & fortunas quibuſcunq; r bus poſſim tueri vides. Reliquum eſt, ut cùm cognõri pluribus rebus, quid tu & de bonorũ fortuna, & de Rei calamitatib⁹ ſentires, nihil à te petam, niſi ut ad eam v luntatem, quam tua ſpõte erga Cecinam habiturus eſſ tãtus cumulus accedat cõmendatione mea, quãti me à fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Va

Cic. Cornificio Collega S. D. Fam. 12. 20.

GRatæ mihi tuę literę niſi quod Sinueſſanũ diverſori lum contẽpſiſti. Quam quidẽ contumeliam villa p ſilla iniquo animo feret, niſi in Cumano & Pompeia reddideris * πάντα πρὸς ἅντας omnia de omnibus. Sic ig tur facies meq́ue amabis & ſcripto aliquo laceſſes. E enim reſpõdere faciliùs poſſum quã provocare. Quo ut ⁹es, ceſſabis, laceſſã, nec tua inertia etiam ignaviã a

.Plura otioſus. Hæc cùm eſſem in ſenatu, exaraui. Vale.

PANTA.) Plenam hæc verba compenſationem ſignificant: ſic .15. Epiſt. 7. (VT ES.) Quæ tua eſt conſuetudo.

Cicero Cornificio. S. D. Fam. 12. 21. 33

Aius Anitius familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Afri- m * legatione libera, eũ velim rebus omnibus adjuves eramq́; des, ut quàm cõmodiſſimè ſua negotia confi- t. Imprimiſq́; quod ei chariſſimũ eſt, dignitaté ejus ti- commendo. Idq; à te peto, quod ipſe in provincia fa- re ſum ſolitus non rogatus, ut omnibus ſenatoribus li- res daré: quod idé acceperam, & cognoveram à ſum- is viris factitatum. Hoc igitur mi Cornifici facies, cæte- ſque rebus omnibus ejus dignitati, reique, ſi me amas, nſules. Id erit mihi gratiſſimum. Da operam ut valeas.

LEGATIO LIBERA Senatoribus ad ſua negotia proficiſcentis concedi ſolita eſt: ſine onere & negotio.

Cicero S. D. Caſſio. Fam. 12. 9. 34

Revitas tuarum literarum me quoq; breviorẽ in ſcribẽdo facit: &, verè ut dicam, non ſatis occurrit, quod ribam, Noſtras enim res in actis perferri ad te certò io: tuas autẽ ignoramus, tanquam enim clauſa ſit Aſia, nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo labella, ſatis illos quidé conſtantes, ſed adhuc ſine aure. Nos confectum bellum cùm putaremus, repentè à epido tuo in ſummam ſolicitudinẽ adducti ſumus, Itaq. rſuade tibi maximam Reip. ſpẽ in te, & in tuis copiis ſe. Firmos omninò exercitus habemus: ſed tamẽ ut omia, ut ſpero, proſperè procedãt, multũ intereſt te venire. igua eſt enim ſpes Reip. nam nullam non libet dicere, d quęcunq. eſt ea deſpõdetur anno cõſulatus tui. Vale.

Tul. & Cic fil. & Q. S. D. Tir. humaniſ. & opt. fam. 16. 1. 35

Vide quãta in te ſit ſuavitas, duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hoſpes te tam diligit, quàm ſi vixerit tem. Is omnia pollicitus eſt, quę tibi eſſẽt opus: facturum to. mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadẽ deporres, ut ibi te planè confirmares, Videbis, quid Curio, id Liſoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem

nem remittere, quem, cùm meliuſculè tibi eſſet, ad m
mitteres: ſed cogitavi unas literas Marionem afferre po
ſe, me autem crebras exſpectare. Poteris igitur, & facie
ſi me diligis, ut quotidie ſit Acaſtus in portu. Multi erunt
quibus rectè literas dare poſſis, qui ad me libenter perfe
rant. Equidem Patras euntem neminem prætermittam.
Ego omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo
nihil poteſt illo fieri humanius, nihil noſtri amantius, e
te totum trade. malo te paulò poſt valétem, quàm ſtatim
imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, niſi ut tu va
leas: cætera ego curabo, etiam atque etiam vale. Leucade
proficiſcens. 7. Id. Novemb.

Tull. & Cic. & Quint. Tironi, Fam. 16. 7. 3

TErtiam ad te hanc epiſtolam ſcripſi, eadem die, magi
inſtituti mei tenendi cauſſa, quia nactus eram cui da
rem, quam quod haberem quid ſcriberem. Igitur illa:
quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Ad
tua innumberabilia in me officia, adde hoc, quod mihi
erit gratiſſimum omnium, cùm valetudinis rationem, ut
ſpero, habueris, habeto etiam navigationis. In Italiam
euntibus ad me literas dabis, ut ego euntẽ Patras nemin
prætermitto. Cura, cura te, mi Tiro, quando non conti
git, ut ſimul navigares; nihil eſt quod feſtines: nec quic
quam cures niſi ut valeas. Etiam atque etiam vale. 7. Idu
Novemb. Actio, veſperi.

Tullius Tironi S. D. Fam. 16. 12. 3

EGo verò cupio te ad me venire, ſed viam timeo, gra
viſſimè ęgrotaſti: inędia, & purgationibus, & vi ip
ſius morbi conſumptus es. Graves ſolent offenſione
eſſe ex gravibus morbis, ſi qua culpa commiſſa eſt. Iam a
id biduũ, quod fueris in via, dum in Cumanũ venis, acce
dent continuò ad reditũ dies quinque. Ego in Formian
ad 3. Kalend. eſſe volo, ibi te ut firmum offendam, mi Tir
effice. Literulæ meæ, ſive noſtræ, tui deſiderio oblangue
runt. Hâc tamen epiſtola quam Acaſtus attulit oculo
paululùm ſuſtulerunt. Pompeius erat apud me cùm ha
ſcribebam: hilarè & libenter ei cupienti audire * noſtra
dixi, ſine te omnia mea muta eſſe. tu muſis noſtris para

peras reddas, noſtra ad diem dictam fient, docui enim
des' ἔτυμον quod haberet. Fac planè ut valeas, nos
ummum. Vale 14. Kalend. Ianuar.

NOSTRA.) Quæ me tibi facturum promiſi. Manumiſſio-
ſignificat. (NOTATIONEM.) Fides inde dicta eſt, quod
t, quod promiſſum eſt.

Cicero S. D, Curioni. Fam. lib. 2. Epiſt. 4. 38

Piſtolarum genera multa eſſe non ignoras, ſed unum
illud certiſſimum, cujus cauſa inventa res ipſa eſt, ut
iores faceremus abſentes, ſi quid eſſet quod eos ſcire,
noſtra, aut ipſorum intereſſet. Hujus generis literas à
profectò non exſpectas: domeſticarum enim rerum
um habes, & ſcriptores, & nuncios: in meis autem re-
nihil eſt ſane novi. Reliqua ſunt Epiſtolarum genera
, quæ me magnoperè delectant, unum familiare, &
ſum, alterum ſeverum, & grave, utro me minùs de-
uti, non intelligo. Iocérne tecum per literas? civem
ercule non puto eſſe, qui temporibus his ridere poſ-
An gravius aliquid ſcribam? quid eſt quod poſſit gra-
ſcribi à Cicerone ad Curionẽ, niſi de Repub.? atque
c genere hæc mea cauſa eſt, ut neque ea quæ non
io, velim ſcribere. Quamobrem quoniam mihi nul-
ſcribendi argumentum relictum eſt, utar ea clauſula,
ſoleo, teque ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor.
nim tibi gravis adverſaria conſtituta & parata, incre-
is quędã exſpectatio: quã tu una re facillimè vinces,
c ſtatueris, quarũ laudũ gloriã adamaris, quib⁹ artib⁹
udes comparantur, in iis eſſe elaborandum. In hanc
ntiam ſcriberem plura, niſi te tua ſpõte ſatis incita-
eſſe confiderem: & hoc quicquid attigi, non feci in-
mandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. Vale.

Cicero S. D. Bruto. Fam. 13. 15. 39

Volcio Titio Strabone equite Romano in primis hone-
o, & ornato, familiariſsime utor. Omnia mihi cum
tercedũt jura ſũmæ neceſsitudinis. Huic in tua pro-
a pecuniam debet P. Cor. Ea res à Volcatio, qui Ro-
s dicit, rejecta in Gallia eſt. Peto à te hoc diligẽtiùs,
i mea res eſſet, quo eſt honeſtius, de amicorũ pecu-

nia

nia laborare, quàm de sua, ut negotiũ conficiendũ cu
ipse susc ipias, trãsigas, operámq; des, ut quod tibi æqu
& rectum videbitur, ut quàm cõmodissima cõditione
bertus Strabonis, qui ejus rei causa missus est, negoti
conficiat, ad nũmosq; perveniat. Id & mihi gratissim
erit; & tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua digni
mum. Quod ut tibi curæ sit, ut omnia solent esse, quæ
velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Va

Cicero. S. D. T. Famil. Lib. 5. Epist. 18.

ETsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus
sum, propterea quod nullam rem gravius jam diu
quàm incõmodum tuum; tamen te magnopere, non h
tor solùm, sed etiam pro amore nostro rogo atq; oro
colligas, virumq; præbeas, & qua conditione omnes
mines, & quibus tẽporibus nati sumus, cogites. Plus
virtus tua dedit, quàm fortuna abstulit, propterea q
adeptus es, quod non multi* homines novi; amisisti q
plurimi homines nobilissimi. Ea deniq. videtur con
impendere legum, judiciorũ, tẽporum, ut optimè ac
cum eo videatur esse, qui quàm levissima pœna ab hac
pub. discesserit. Tu verò qui & fortunas & liberos ha
as, & nos, cæteros q. necessitudine & benevolentia te
conjũctissimos, quiq. magnam facultatẽ sis habitur us
biscum & cum omnibus tuis vivendi, & cùm unum si
dicium ex tam multis, quod reprehendatur, idq. una
tentia, eaq. dubia, potentiæ alicujus condonatum e
metur, omnibus his de causis, debes istam molest
quàm levissimè ferre. Meus animus erit in te, libero
tuos semper, quem tu esse & vis, & qui esse debet. V

(NOVI.) Novus homo & nobilis opponuntur: non autem n
& plebeius, quia pleriq; plebei etiam claris majoribus orti. N
homo qui majores nullos ante se claros numerare possit, & ip
fortunæ & æstimationis faber est. Paul. Man. lib. 1. 7. Epist. Fa

Cicero S. D. Trebiano. Fam. 6. 11.

DOlabellam antea tantũmodo diligebam, obligat
nihil eram: nec enim acciderat mihi opus esse: &
mihi debebat, quod nõ defuerã ejus periculis. Nũc t
sum devinctus ejus beneficio, quod & anteà in re, &
rẽpore in salute tua cumulatissimè mihi satisfecit.

i plus debeam. Qua in re gratulor tibi ita veheméter
e quoq. mihi gratulari, quàm gratias agere malim: al-
um omninò non desidero, alterũ verè facere poteris.
od reliquum est: quando tibi virtus, & dignitas tua re-
ũ ad tuos aperuit, est tuæ sapiẽtiæ, magnitudinisq. ani-
quid amiseris, obliviſci: quid recuperaveris, cogitare.
es cum tuis, vives nobiscũ. Plus acquisivisti dignitatis
m amisisti rei familiaris: quę ipsa tum esset jucundior,
la res esset publica. Vestorius noster familiaris ad me
bsit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio
mihi valde grata est: eaq. te uti facilè patior, cũ apud
s, tum meherculè apud Sironem nostrum amicum.
e enim facimus, ea prudentissimo cuiq. maximè pro-
a esse volumus. Te cupio videre quamprimùm. Vale.

Cicero Trebatio, S. D. Fam. 7. 14. 42

Hrysippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit ut te
non immemoré putarem mei: salutẽ enim mihi tuis
bis nunciavit. Valde jam lautus es, qui gravere literas
ne dare, homini præsertim propè domestico. Quod si
bere oblitus es, minus multi jam te advocato, causa
ent. Sin nostri oblitus es, dabo operam, ut isthũc ve-
n antequam planè ex animo tuo effluam. Sin æstivorũ
or te debilitat, aliquid excogita, ut feciſti de *Britãnia*.
d quidẽ perlibenter audivi ex eodẽ Chrysippo, te esse
ari familiarem, sed meherculè mallem id quod erat
ius, de tuis rebus, ex tuis literis quàm sæpissimè cog-
cere, quod certè ita fieret, si tu maluisses benevolẽtiq.
m litium jura perdiscere. Sed hæc jocatì sumus & tuo
re, & nonnihil etiam nostro. Te valde amamus, nosq.
amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

Tullius Cassio S. D. Fam. 12. 8. 43

Celus affinis tui lepidi, summamque levitatem, & in-
onstantiam, ex actis, quæ ad te mitti certò scio, cog-
cere te arbitror. Itaque nos, confecto bello, ut arbi-
amur, renovatum bellum gerimus: spémq; omnes in
ruto, & Planco habemus: si verum quęris, in te & in
o Bruto non solùm ad præsens perfugium, si, quod no-
adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem

perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella audiebam
quæ vellemus: ſed certos autores non habebamus.
quidem magnum hominem & præſenti iudicio, & rei
temporis exſpectatione ſcito eſſe. Hoc tibi propoſito,
ut ad ſumma cõtendas. Nihil eſt tantum, quod non po
lus Romanus, à te perfici, atq; obtineri poſſe, judicet. Va

SCELVS.) Quia ſe cum Antonio conjunxit.

CONFECTO) victo ad Mutinam Antonio.

Cicero S.D. Marco Lepido, Fam. 10. 27.

QVod mihi pro mea ſumma erga te benevolentia m
nę curæ eſt, ut quám ampliſsima dignitate ſis: me
ſte tuli, te ſenatui gratias non egiſſe, cùm eſſes ab eo
dine ornatus ſummis honoribus. Pacis inter cives co
liandæ te cupidũ eſſe, lætor. Pacé eam, ſi à ſervitute ſej
gis, cõſules & Reip. & dignitati tuæ: ſin iſta pax perdi
hominé in poſſeſsioné impotentiſsimi dominatus re
tutura eſt: hoc animo ſcito eſſe omnes ſanos, ut mor
ſervituti anteponant. Itaq; ſapientius, meo quidem ju
cio, facies, ſi te in iſtam pacificationé non interpones,
neque ſenatui, neque populo, neque cuiquam bono p
batur: ſed hæc audies ex aliis, aut certior fies literis.
pro tua prudentia, quid optimum factu ſit, videbis. Va

(SVMMIS HONORIBVS.) Supplicatione illi decreta, & p
ea conceſſo triumpho, & ſtatua equeſtri inaurata.

Cic. Planc. Imper. Coſ. Deſ. S.D. Fam. lib. 10. 2

MEum ſtudium honori tuo pro neceſſitudine no
non defuiſſet, ſi aut tutò in ſenatum, aut honeſtè
nire potuiſſem. Sed nec ſine periculo quiſquam liberè
Repub. ſentiens, verſari poteſt in ſumma impunit
gladiatorum: nec noſtræ dignitatis videtur eſſe, ibi ſ
tentiam de Repub. dicere, ubi me & meliùs, & prop
audiant armati, quàm ſenatores. Quapropter in priv
rebus nullum neq. officium, neq. ſtudium meum deſi
rabis, nec in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me
tereſſe neceſſe ſit, unquam deero, ne cum periculo qu
meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilomi
ut ego abſim, confici poſſunt, peto à te, ut me ratio
habere velis, & ſalutis, & dignitatis meæ. Vale.

GLADIATORVM.) Antonii militum.

Cicero Papyrio Pæto S. D. Fam. 9. 19. 46

Amen à malitia non discedis, tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum. hoc videris dicere, cum *reges tam sint continentes, multò magis consules esse oportere, nescis me ab illo omnia expiscatum: ista enim à porta domum meam venisse. neq; hoc admiror: quod non ad tuâ potiùs: sed illud, quod nec ad suam. ego autè tribus primis verbis, Quid noster Pætus? At ille jurans nusquam se unquam libentius. Hoc si verbis astrutus es: aures ad te afferam non minus elegantes: sin tem obsonio, peto à te ne plures esse *Balbos, quàm certos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si expediero, ut in ista loca venire possim non committam, ut te serò à me certiorem factum putes. Vale.

REGES) Quia potentissimus erat apud Cæsarē Balbus: ideo loquitur de eo quasi Rex fuisset. BALBOS) Ambiguitate vocis ludit, enim proprium viri, & eum notat qui linguæ vitio parum expedità loquitur.

C. Trebonius Cicer. S. D. Fam. 12. 16. 47

Si vales, bene est. Athenas veni ad 5. Kal. Iunii, atq; ibi quod maximè optabam, vidi filium tuum, deditum optimis studiis, summaq; modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatē ceperim, scire potes, etiam me tacēte. Non enim nescis, quanti te faciam, & quàm pro nostro veterano, verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis rebus, non modò tanto bono, gaudeam. Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. Nihil adolescēte dignius, atq; adeò nostro (nihil enim mihi à te potest esse spectatum) aut amabilius omnibus iis qui Athenis sunt, est: aut studiosius earum artium, quas tu maximè amas, hoc est optimarum. Itaq. tibi, quod verè facere possum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat, diligere, qualiscunque esset, talem habemus, ut libēter quoq. diligamus. Qui cùm mihi in sermone injecisset se velle Asiam visere, non modò invitatus, sed etiam rogatus est à me, ut id potissimùm nobis tenentibus provinciam, faceret. Cui nos & charitate, & amore tuum officium præstaturos nō debes dubitare.

Illud quoque erit nobis curæ, ut Cratippus unà cùm e
sit, ne putes in Asia feriatũ illum ab iis studiis, in quæ t
cohortatione incitatur, futurum. Nam illum paratum,
video, & ingressum * pleno gradu, cohortari non inte
mittemus, quo indies longiùs discendo, exercendoq. s
procedat. Vos quid egeritis in Repub., cùm has liter
dabam, non sciebam. Audiebam turbulenta; quæ scilic
cupio esse falsa, ut aliquando otiosa libertate fruamu
quod vel minimè mihi adhuc contigit. Ego tamen, n
ctus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinn
vi tibi munusculũ ex instituto meo, & dictum, cum ma
no nostro honore à te dictum, concluſi, & tibi infra su
scripsi. In quibus versiculis si tibi quibusdã verbis (ut
παρρησιαστικώτερος liberior in loquendo) videbor: turpitudo pe
sonæ ejus, in quam liberius invehimur, nos vindicab
Ignoscès etiam iracundię nostrę, quę justa est in ejusmo
& homines, & cives. Deinde, qui magis hoc Lucilio
cuerit assumere libertatis, quàm nobis? quũ etiamsi od
par fuerit, in eos quos læsit, tamẽ certè non magis dign
habuerit, in quos tanta libertate verborum incurrere
Tu, sicut mihi pollicitus es, adjunges me quamprimu
ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin si qu
de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimã pa
tem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosq.
bi commendatos habe. 8. Kal. Iun. Athenis.

PLENO GRADV) Intenso & modicè à cursu distante. Salust. M
lites pleno gradu in collem subducit. PERSONAE) M. Anton

Cicero Curio S. D. Fam. 7. 31.

FAcilè perspexi ex tuis literis (quod semper studui)
me à te plurimi fieri, & te intelligere quàm mihi ch
rus esses. Quod quando uterque nostrum consecutus e
reliquum est, ut officiis certemus inter nos: quibus æq
animo vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fui
necesse meas dari literas, facile patior. Sulpitii tibi op
rãm, intelligo ex tuis literis, non multũ opus fuisse, pro
ter res tuas, ita contractas, ut, quemadmodum scribis, n
caput, nec pedes. Equidem vellem uti pedes haberent,
aliquando redires. Vides enim exaruisse jam veterem

ſtatem, ut Pomponius noſter ſuo jure poſſit dicere, nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. o is tibi, nos ei ſuccedemus. Veni igitur, quęſo, ne tanſemen urbanitatis unà cum Repub. intereat. Vale.

Cic. Acilia Procos. S. D. Fam. 13. 32. 49

Aleſina civitate tam lauta, quàm nobili, conjunctiſſimos habeo, & hoſpitio, & familiaritate M. & C. Clodi-Archagathum, & Philonem, ſed vereor, ne quia commendes tibi pręcipuè cómendo, exæquare videar ambitioſuadam cómendationes meas: quanquam à te quidé ulatè ſatisfit, & mihi, & meis omnibus. Sed velim ſic times, hanc familiam, & hos mihi maximè eſſe conctos vetuſtate, officiis, benevolentia. Quamobrem pete majorẽ in modum, ut his omnibus in rebus, quantua dignitas, fideſque patietur, commodes. Id ſi feſs, erit mihi vehementiſſimè gratum. Vale.

Cic. Acil. Proc. S. D. Fam. lib. 13. ep. 33. 50

Neo Oracilio Naſone utor familiariſſimè, ita prorſus, ut illius ordinis nullo familiarius. Nam & humate ejus, & probitate in conſuetudine quotidiana maperè delector. Nihil jam opus eſt exſpectare te, quibn verbis tibi cómendem, quo ſic utor, ut ſcripſi. Habet provincia tua negotia; quæ procurant liberti Hila-, Antigonus, Demoſtratus, quos tibi, negotiaq. omnia onis, non ſecus commendo, ac ſi mea eſſent. Gratiſſimi mihi feceris, ſi intellexero hanc commendationem gnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

Cic. S. D. Acil. Proc. Fam. 13. 34. 51

Vetum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone, Lyſonis filio Lilybętano, valdeq. ab eo obſervor, cognovique dign & patre & avo; eſt enim nobiliſſima familia. Quapter cómendo tibi majorẽ in modum rem domumq. : magnoq. opere à te peto cures, ut intelligat meam mmendationem maximo ſibi apud te, & adjumento, ornamento fuiſſe. Vale.

Cicero Acilio Procos. S. D. Famil. 13. 35. 52

Aius Avianus Philoxenus antiquus eſt hoſpes meus.

& præter hoſpitium, valde etiam familiaris, quem Ca
* meo beneficio in * Novocomenſes retulit. Nomen a
Aviani conſecutus eſt, quod homine nullo plus eſt u
quàm Flacco Aviano, meo (quemadmodum te ſcire
bitror) familiariſſimo. Quæ ego omnia collegi, ut inte
geres, non vulgarem eſſe commendationem hanc mea
Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod ſine mole
tua facere poſſis, ei commodes, habeaſq. in numero t
rum; perficiaſq. ut intelligat has literas meas magno
uſui fuiſſe. Erit id mihi majoré in modum gratum. Va

MEO BENEF.) Meo rogatu. IN NOVOCOMENS.) Inter quos Novumcomum deductos civitate donavit: ii fuere quis millia, & Græci maximè illuſtres quingenti. Philoxenus autem cus quia Siculus.

Cic. Plan. Imper. C. et S. D. Fam. 10. 13.

VT primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis t nihil prætermiſi in te ornando, quod poſitum e aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ſo ſenatuſconſulto poteris cognoſcere: ita enim eſt ſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt: quam natus frequens ſecutus eſt ſummo ſtudio, magno conſenſu. Ego, quanquam ex tuis literis, quas mihi m ſti, perſpexeram te magis judicio bonorum, quàm in nibus gloriæ delectari: tamen conſiderandum nobis ſtimavi, etiam ſi tu nihil poſtulares, quantum tibi à pub. deberetur. Tu contexes extrema cum primis, enim M. Antonium oppreſſerit, is bellum confec Itaque Homerus non Ajacem, nec Achillem, ſed Vly appellavit πτολιπορθον.

Ptoliporthon) urbis vaſtatorem, Vlyſſes etenim ſua a Trojano bello finem fecit.

Cic. Caſs. S. D. Fam. lib. 12. Epiſt. 6.

QVi ſtatus rerum fuerit tum, cum has literas dedi, poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono, & opt de Repub. ſentiente. Nam quid dicam cupidiſſimo qui domo & fortunis relictis, ad te potiſſimum profe ſit? Itaque eum tibi, ne commendo quidem, adventu ſius ad te ſatis eum commendabit. Tu velim ſic exiſti tibique perſuadeas, omne perfugium bonorum in t

to esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit, cum hæc scribebam, erat in extremum deducta discrimen. Brutus enim Mutinæ vix jam sustinebat. qui si servatus erit, vicimus: sin (quod Dii omen avertant) nis omnium cursus est ad vos. Proinde fac tantum mum habeas, tantumque apparatum, quanto opus est niversam Rempublicam recuperandam. Vale.

Cic. S. D. Cornif. Coll. Fam. 12. 17. 55

Rata mihi vehementer & memoria nostri tua, quam significasti literis: quam ut conserves, non quòd de constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, ro-

Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata quæ, quia tibi sunt propiora, quàm nobis, tua me magis movent quàm mea. Romæ summum otium sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negon: quod spero fore, quia video id curæ esse Cæsari. Me ,dum tu absis, quasi occasionem quandam, & licenm nactum, scribere audacius, & cætera quidé fortasse, etiam tu concederes: sed proximè scripsi de optimo ere dicendi, in quo sæpe suspicatus sum te à judicio ro, sic scilicet, ut doctum hominem à non indocto, um diffidére. Huic tu libro maximè velim ex animo, nus, gratiæ causa, suffragére. Dicam tuis, ut eum, si vedescribant, ad teque mittant. Puto enim, etiamsi rem us probabis, tamen in ista solitudine quicquid à me fectum sit, jucundum tibi fore. Quòd mihi existimaem tuam, dignitatemque commendas, facis tu qui, omnium more: sed velim sic existimes, me, cùm ri, qué inter nos mutuum esse intelligam, plurimum ere, tum de summo ingenio, & de optimis tuis stu- & de spe amplissimæ dignitatis tuæ ita judicare, ut inem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

SYRIA) Seditionem fecit Q. Cæcilius Bassus, qui postea sio tradidit & legionem suam. Dio. lib. 47.

Cic. S. D. Thermo Propræt. Fam. 13. 54. 56

Vm mihi multa grata sunt, quæ tu adductus mea commendatione fecisti: tum imprimis, quod M. Marm amici, atque interpretis mei filium, liberalissimè

tractaviſti. Venit enim Laodiceam, & tibi apud me, mih
propter te gratias maximas egit. Quare quod reliqu
eſt, à te peto, quando apud gratos homines benefici
ponis, ut eò libentius his commodes; operamque d
quoad fides tua patietur, ut ſocrus adoleſcentis rea
fiat. Ego cùm anteà ſtudioſè commendabam Marciliu
tum multo nunc ſtudioſius, quòd in longa * apparitio
ſingularem, & propè incredibilem patris Marcilii fide
abſtinentiam, modeſtiamque cognovi. Vale.

APPARITIONE) Qui præibant Magiſtratibus apparitores
cebantur. Apparitio eſt munus ipſum. Apparitores erant ſcri
accenſi, lictores, viatores, præcones, &c.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBER SECVNDVS.

Cicero Attico S. D. Ad Atticum, Lib. 3. Epiſt. 27.

EX tuis literis, & ex reipſa, nos fundi
periiſſe video. Te oro, ut quibus in
bus mei tui indigebunt, noſtris miſe
ne deſis. Ego te ut ſcribis, citò vide
plura non ſcribo. Cura ut valeas.

Cic. Att. S. D. ad At. 3. 21.

TRiginta dies erant * ipſi, cùm dabam has literas,
quos nullas à vobis acceperam. Mihi autem era
animo jam, ut ante ad te ſcripſi, ire in Epeirum. & ibi
nem caſum potiſſimùm exſpectare. Te oro, ut ſi quid
quod perſpicias, quamcunq. in partem, quàm planiſſ
ad me ſcribas, & meo nomine, (ut ſcribis) literas qui
putabis opus eſſe, ut des. Vale Quint. Kal. Novemb.

TRIGINTA DIES ERANT IPSI) Vſitata locutio ſcriptori
id eſt, integri & pleni, hoc eſt, plenè trigmta dies, Libr. 2. Fa
Epiſt. 8. Ego cùm Athenis decem ipſos dies fuiſſem.

Ci

Cicer. Att. S. D. ad Atticum 3. 22. 3

EGo quod per Theſſaliam, ſi irem in Epeirũ, perdiu nihil eram auditurus, & quod mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cùm illa ſuperiora Theſſalonicæ ſcripſiſſem: inde cùm ad te me convertam, faciam ut ſcias: tuque ad me velim omnia quàm diligẽtiſſimè,* cuiuſcunimodi ſunt, ſcribas. Ego iam aut rem, aut ne ſpem quidem exſpecto. Vale 6. Kal. Decemb. Dyrrhachii.

CVICVIMODI] Sive lætatiſve triſtia: ſæpè recepta vox. Agel. lib. 9. c. 2. Vide Authores ling. Latinæ. Sic Terent. Cuicui. Alibi Cic. Cuiuſcunquemodi. Auſon. Popma. 1. li. ca. 7. de uſu. Antiquæ Locut.

Cicero Attico S. D. A. 3. 1. 4

CVm antea maximè noſtra intereſſe arbitrabar, te eſſe nobiſcum: tum verò ut legi rogationem, intellexi adeò quod cõſtitui, nihil mihi optatius cadere poſſe, quàm ut tu me quamprimùm conſequare: ut, cum ex Italia profecti eſſemus, ſive per Epeirum iter eſſet faciendum, tuo eorumque præſidio uteremur: ſive aliud quid agendum eſſet, certũ conſilium de tua ſententia capere poſſemus. Quamobrem te oro, des operã ut me ſtatim conſequare, quanto citius potes, quoniam de provincia Macedonia perlata lex eſt. Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. Vale.

ROGATIONEM) Intelligit Clodiam, ne intra 400. milliaria a Romam eſſet aut maneret Cicero.

Cic. Att. S. D. Att. lib. 3. epiſt. 2. 5

TIneris noſtri cauſa fuit, quod non habebã locum, ubi pro meo iure diutiùs eſſe poſſem, quam in fundum Sicæ, præſertim nondum rogatione correcta: & ſimul intelligebam, ex eo loco, ſi te haberé, poſſe me Brunduſium reverti: ſine te autem non eſſe nobis illas partes tenendas propter * Autronium. Nunc, ut ad te antea ſcripſi, ſi ad nos veneris, conſilium totius rei capiemus. Iter eſſe moleſtum ſcio, ſed tota calamitas omneis moleſtias habet. Cura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo, & abiecto. Cura ut valeas. Dat. 6. Id. Apr. in oris Lucaniæ.

AVTRONIVS) Hic erat ex conjuratis quibus hoſtis Cicero qui iiſdem partibus exulabat: ideoque eum verebatur Tullius.

Cicero

Cicero Attico S. D. At. 3. 3.

VTinam illum dié videam, cùm tibi agá gratias, quo me vivere coëgisti. Adhuc quidé valde me pœnitet sed te oro, ut ad me * Vibonem statim venias, quò eg multis de causis cóverti iter meú. sed eò si veneris, de te to itinere, ac fuga mea cósilium capere potero. si id nó fe ceris, mirabor. Sed confido te esse omnino facturú. Vale

VIBO.) Oppidum Thuriorum.

Cicero Attico S. D. A. 3. 5.

TErentia tibi &sępe, & maximas gratias agit. Id est mi hi gratissimum. Ego enim vivo miserrimus, & maxim dolore conficior. Ad te quid scribam, nescio: Si enim e Romæ, jam me assequi non potes: sin es in via, cùm eri me assecutus, coram agemus, quæ erunt agenda. tantùm te oro, ut quoniam meipsum semper amasti, eodé amor sis. Ego enim idem sum. Inimici mea mihi, non meipsum ademerunt. Cura ut valeas. 8. Id. April. Thurii.

MEIPSVM) non opes meas aut honores dilexisti, sed personam

Cicer. Att. A. 3. 5.

NOn fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brun dusii visurus essem, idque ad multa pertinuit: in ei ut & in Epiro consisteremus, & de reliquis rebus, tu consilio uteremur: quoniam id non contigit, erit he quoque in magno numero nostrorum malorum. Nob iter est in Asiam, Cyzicum: tibi meos commendo, me vi misereque sustento. Vale. Dat. 14. Kal. Mait. Tarenti.

Cic. At. A. 3. 25.

POst tuum à me discessum literæ mihi Roma allat sunt, ex quibus prospicio, nobis in hac calamitate t descendum esse, neque enim, (sed bonam in partem a cipies) si ulla spes salutis nostræ subesset, tu, pro tuo am re in me, hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati, aut omnia velle nobiscum unà interire videamur, hæc omi to. Illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirm sti, ut ante Kal. Ian. ubicunque erimus, sistas. Vale.

Cicero Attico, A. 3. 16.

TOtum iter mihi incertum facit exspectatio lite rum tuarum, Kalend. Sext. datarum, nam si spes e

irum, sin minus, Cyzicum aut aliud quid sequemur. æ, quidem literæ, quo sæpius à me leguntur, hoc spem hi faciunt minorem, quòd cùm lectę sunt, tum id quod ulerunt ad spem, infirmant: ut facilè appareat te & nsolationi servire & veritati: idque te rogo planè, ut me, quæ scies, ut erunt; quæ putabis ita scribas ut pubis. Vale. Dat. 12. Kalend. Septemb.

Cic. Att. S. A. 3. 18. 11

Xspectationem nobis non parvam attuleras, cùm scripseras Varronem tibi pro amicitia confirmasse, nsam nóstram Pompeium certè susceperum, & simul à Cæsare ei literæ, quas exspectaret remissæ essent, orem etiam daturum. utrum id nihil fuit? an adversa sunt Cæsaris literæ? an est aliquid in spe? etiam illud ipseras eundem *secundum comitia dixisse. Fac (si vis quantis in malis jaceam, & si putas esse humanitatis ę) me fac de tota causa nostra certiorem. Nam Quinfrater homo mirus, qui me tam valde amat, omnia eit spei plena, metuens credo defectionę animi mei. æ autem literæ sunt variæ, neque enim me desperare , nec temerè sperare. Fac, obsecro te, ut omnia, quæ ę perspici possunt, sciamus. Vale.

ECVNDVM COMITIA) Id est, habitis comitiis de me in se- actum iri.

Cicero S. D. Attico. A. 3. 11. 12

ME & tuæ literæ, & quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, & exspectatio vestrarum literarn. & quòd tibi ita placuerat, ad hucThessalonicæ tenent. si accepero literas, quas exspecto, si spes erit ea, quæ noribus afferebatur, ad te me conferam: si non erit, fam te certiorem quid egerim. Tu me, ut facis, opera, filio, gratia juva. Consolari jam define, objurgare voli, quod cùm facis, ut ego tuum amorem & dolorem idero ß quem ita affectum mea ærumna esse arbitror, e ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem opum humanissimumque sustenta. Ad me, obsecro te, ut nia certa perscribas. Vale. Datum 4. Kalend. Quint.

Cicero

Cicero Attico S. D. ad Attic. lib. 3. Epist. 4.

Miseriæ nostræ potiùs velim, quàm inconstantiæ t buas, quòd à Vibone, quò te arcessebamus, sub discessimus. Allata est enim nobis rogatio de perni mea, in qua quod correctum esse audiveramus, erat l jusmodi, ut mihi ultra quingenta millia liceret esse. I cùm pervenire non liceret, statim iter Brundusium ver contuli ante diem rogationis, ne & Sica, apud quē er periret: & quod Melitæ esse non licebat. Nunc tu prop ra ut nos consequare si modò recipiemur, adhuc invi mur benignè, sed quod supereſt, timemus. Me, mi Po poni, valdè pœnitet, vivere, qua in re apud me tu plu mum valuisti. Sed hæc coram, fac modò ut venias. Va

Cicero S. D. Attico. At. 1. 15.

ASiam Quinto suavissimo fratri obtigisse audisti, n enim dubito, quin celeriùs tibi hoc rumor, quàm lius nostrúm literæ nunciarint. Nunc, quoniam & lau avidissimi semper fuimus, & præter cæteros φιλελλ Græcorum amatores, & sumus, & habemur, & multor odia, atque inimicitias Reipub. causa suscepimus, παν ἀρετῶν μιμνήσκειο: omnis virtutis reminiscere: curaque fice, ut ab omnibus & laudemur, & amemur. His de bus, plura ad te in ea Epistola scribam, quam ipsi Quin dabo. Tu velim me certiorem facias, quid de meis ma datis egeris, atque etiam, quid de tuo negotio. Nam, Brundusio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redd literæ. Valde aveo scire, quid agas. Id. Mar. Vale.

M. T. C. T. P. S. D. Attico. At. 2. 10.

VOlo ames constantiam meam. ludos Antii spect non placet. Est enim ὑπόπλεικον, subabsurdum, c velim vitare omnium deliciarum suspitionem repe διαφαίνεσθαι apparere non solùm delicatè, sed etiam ine peregrinantem. Quare usque ad Nonas Maias te in F miano exspectabo. Nunc fac, ut sciam, quo die te visur mus. Ab Appii foro hora quarta dederam, aliam pa antè à Tribus tabernis. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. At. 2. 11.

NArro tibi, planè relegatus mihi videor, posteaqu

Formiano ſum. Dies enim nullus erat, Antii cùm eſſem, o die non melius ſcirem Romæ quid ageretur, quàm ii, i erant Romæ. Etenim literæ tuæ non ſolùm quid Ro-æ, ſed etiam quid in Republica, neque ſolùm quid fie-t, verumetiam quid futurum eſſet, indicabant. Nunc, ſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, ſcire ni-l poſſumus. Quare quanquam jam teipſum exſpecto, men iſti puero, quem ad me ſtatim juſſi recurreret, da onderoſam aliquam Epiſtolam, plenam omnium non odò actorum, ſed etiam opinionum tuarum: ac diem, uo Roma ſis exiturus, cura ut ſciam. Nos in Formiano e volumus, uſque ad Pridie Nonas Maias, eò ſi ante m diem non veneris, Romæ te fortaſſe videbo, nam Ar-num quid ego te invitem? hæc igitur, cura ut valeas.

M. T. C. T. P. Attico. A. 3. 13. 17

QVod ad te ſcripſeram, me in Epeiro futurum, poſtea-quam extenuari ſpem noſtram, & evaneſcere vidi, utavi conſilium, nec me Theſſalonica cõmovi, ubi eſſe nſtitueram, quoad aliquid ad me dè eo ſcriberes, quod roximis literis ſcripſeras, fore, uti ſecundũ comitia ali-id de nobis in ſenatu ageretur, id tibi Pompeium dix-ſe. Qua de re, quoniam comitia habita ſunt, tuque nil ad e ſcribis; perinde habeo, ac ſi ſcripſiſſes nihil eſſe, neque mporis non longinqui ſpe ductum eſſe, moleſtè feram. uem autem motum te videre ſcripſeras, qui nobis uti-fore videretur, eum nunciant, qui veniunt, nullum ſo-. In Tr. Pl. Deſſ. reliqua ſpes eſt, quàm ſi exſpectarò, non it, quod putes me, cauſa mea, voluntati meorum defuiſ-. Quòd me ſæpe accuſas, cur hunc meum caſũ tam gra-ter feram, debes ignoſcere, cùm ita me afflictũ videas. neminem unquam nec videris nec audieris. Nã quòd ibis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: ihi verò mens integra eſt: atque utinam tam in pericu-fuiſſet, quum ego iis, quibus ſalutem meam chariſſi-am eſſe arbitrabar, inimiciſſimis, crudeliſſimiſque uſus m: qui, ut me paulum inclinare timore viderunt, ſic pulerunt, ut omni ſuo ſcelere, & perfidia abuteren-r ad exitium meum, Nunc, quoniam jam eſt Cyzicum

nobis eundum, quo rariùs ad me literæ perferentur, hoc velim, diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse perscribas. Quintum fratrẽ meum fac diligas, quem ego miser, si incolumem relinquo, non me totum periisse arbitrabor. Vale. Nonis Sextil.

Cicero S. D. Attico. A. 3. 14. 18

EX tuis literis plenus sum exspectatione de Pompeio quidnam de nobis velit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis, illi placuisse agi de nobis. si tibi stultus esse videor, qui sperem, facio tuo jussu, etsi scio te me iis Epistolis potius & meas spes solitum esse remorari. Nunc velim mihi planè perscribas, quid videas. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. ea si qui casus qua ex parte correxerint, minus molestè feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam exspectationem rerum novarum non commovi me adhuc Thessalonica: sed jam extrudimur, non à Plancio (nam is quidem retinet) verùm ab ipso loco minime appositò, ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum igitur, ut scripseram, non veni, quod subiti mihi adversi nuntii venerant, & literæ, quare nihil esset necesse quàm proximè Italiam esse. Hinc si quid à comitiis audierimus, nos in Asiam convertemus, neque adhuc stabat, quo potissimùm: sed scies. Vale 12. Kal. Sext. Thessalonicæ.

M. T. C. T. P. Attico S. D. Ad A. 4 14. 19

VEstorius noster me per literas facit certiorem, te Romæ ad 8. Idus Maii, putare profectum esse tardius, quàm dixeras, quod minus valuisses, si jam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cùm cæteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo: quos ut spero, tibi valdè probabo, velim si quid fortè novi habes, maximè à Quinto fratre, deinde à C. Cæsare, & si quid de comitiis, de Repub. fortè (soles enim tu hæc festinè odorari) conscribas ad me. Si nihil habebis, tamen scribas aliquid. Nunquam enim mihi tua Epistola aut intempe-

va, aut loquax visa est. Maximè autem rogo, rebus tuis, toque itinere ex sententia confecto, nos quamprimùm viſas. * Dionysium jube salvere. Cura ut valeas.

DIONYSIVM) Dionysius Ciceronum puerorum magister fuit, i cum pueris in provinciam proficiscebatur.

Cicero Attico S. A. 5, 3. 20

AD 6. Idus Maias veni in Trebulanum ad Pontium: ibi mihi tuæ literæ binæ redditæ sunt tertio abs te die. odem autem exiens Pompeiano Philotimo dederâ ad literas; nec verò nunc erat sanè quod scriberem. Qui Repub. rumores, scribe quæso. In opidis enim sumum video timorem. Sed multa inania. quid de iis cogies, & quando, scire velim. Ad quas literas tibi rescribi elis nescio: nullas enim adhuc accepi, præter quæ ihi binæ simul in Trebulano redditæ sunt, quarum altee, edictum Publii Licinii habebant, erant autem Nonis aiis datæ: alteræ inscriptæ ad meas Minturnenses. Quàm ereor, ne quid fuerit πρόσθιον majoris ponderis in , quas non accepi, quibus rescribi vis. Apud Lentulum onam te in gratiam. Dionysius nobis cordi est. Nicanor us operâ mihi dat egregiam. Iam deest, quod scribam: lucet. Beneventum cogitabam hodie, nostra continentia, & diligentia faciemus latis A. Pontio: ex Trebulao ad quintum Idus Maii.

BENEVENTVM COGITO. Sic lib. 16. Brundusium cogito.

Cicero Attico S. D. A. 5. 6. 21

ARentum veni ad 15. Kal. Iunii. Quòd Pomtinum: statueram exspectare, commodissimum duxi, dies eos quoad ille veniret cum Pompeio consumere: eoq. magis quod ei gratum esse id videbam, qui etiam à me petierat, t secum, & apud se essem quotidie. quod concessi libenter. multos enim ejus præclaros de republica sermones ccipiam; instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum egotium. Sed ad te brevior jam in scribendo incipio fieri, ubitans Romæ ne sis, an jam profectus, quod tamen quoad norabo, scribam aliquid potius, quàm committam ut ibi cùm possint reddi à me literæ, non reddantur. nec men jam habeo, quid aut mandem tibi, aut narrem.

Mandavi

Mandavi omnia quidem: quæ tu, ut polliceris, * exhau-
ries: narrabo cùm aliquid habebo novi. Illud tamen no
desinam, dum adesse te putabo, de Cæsaris nomine roga-
re, ut confectum relinquas. Avidè exspecto tuas literas
& maximè, ut norim tempus profectionis tuæ. Vale.

EXHAVRIES) Id est, conficies planè, ut nihil superfit.

CAESARIS) Debebat Cæsari H. S. 120. Cicero.

Cicero Attico. 7. 4.

DIonysium flagrantè desiderio tui misi ad te, nec me
herculè æquo animo, sed fuit concedendum: Quem
quidè cognovi cùm doctũ (quod mihi jam antè erat no-
tum) tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam mei
laudis, frugi hominè: ac, ne libertinũ laudare videar, plane
virum bonum. Pompeium vidi. 4. Idus Decemb. fuimus
unà horas duas fortasse, magna lætitia mihi visus est af-
fici meo adventu, de triumpho hortari, suscipere partes
suas, monere, ne antè in Senatũ accederè, quàm rem con-
feciſſem: ne dicendis sententiis aliquem Tribunum alie-
narem. Quid quæris? in hoc judicio, & officio sermoni
nihil potuit esse prolixius. De Repub. autè ita mecum lo-
quutus est, quasi non dubium bellum haberemus. nihil
ad spem concordiæ. Planè Cæsarem ab se alienatum cùm
antè intelligeret, tũ verò proximè judicasse. Venisse Hir-
cium à Cæsare, qui esset illi familiarissimus: ad se nõ acce-
sisse, & cùm ille ad 8. Id. Decẽb. vesperi venisset cum Ba-
bo, de tota re cõstituisset ad 7. Id. ad Scipionem ante lu-
cem venisse, multa de nocte profectum esse ad Cæsarem
hoc illi τιτλαρικὸν signum indubitatũ videbatur esse alie-
nationis. Quid multa? nihil me aliud consolatur, nisi quo
illum, cui etiam inimici alterum consulatũ, fortuna sum-
mam potentiam dederit, non arbitror fore tam amens
ut hæc in discrimen adducat, quod si ruere cœperit, n
ego multa timeo, quæ non audeo scribere, sed ut nu
est ad 3. Nonas Ianuar. ad urbem cogito. Vale.

Cicero S. D. Attico. 7. 6.

PLanè deest quod ad te scribã, nota omnia tibi sunt: n
ipse habeo à te quid exspectẽ. tantùm igitur nostru
illud solemne servemus, ut ne quẽ istuc euntẽ sine lite

nittamus. De Repub. valde timeo, nec adhuc ferè invē-
qui non concedendū putaret Cæsari, quod postularet,
tius quàm depugnandum. Est illa quidē impudens po-
latio, opinione valentior. Cur autem nunc primum ei
istamus, ἐν γὰρ ἀν τόδε μειζον ἔτυχε κακὸν. Non enim sanè
jus sequetur malū quàm cùm quinquennium proro-
bamus, aut cùm ut absentis ratio haberetur, ferebam⁹.
i fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene
rato pugnaremus. Dices, quid tu igitur sensurus es? non
em, quod dicturus. Sentiam enim omnia facienda, ne-
nis decertetur. dicam idem quod Pompeius, neque id
iam humili animo, sed rursus hoc permagnū Reipubl.
lum est: & quodam modo mihi præter cæteros non
tum, me in tantis rebus à Pompeio dissidere. Vale.

Cicero Attico. A. 7. 10. 24

Vbirò consilium cepi, ut antequā luceret, exiré, ne qui
cōspectus fieret, aut sermo, lictorib⁹ præsertim laurea-
. De reliquo, neq. herculè quid agam, nec acturus quid
, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amētissimi
nsilii. Tibi vero quid suadeam, cujus ipse consilium ex-
ecto? Cneus noster, quid cōsilii ceperit, capiatve, nescio,
uc in oppidis coarctatus, & stupés. Omnes, si in Italia
istat, erim⁹ unà, sin cedet, cōsilii res est. Adhuc certè (nis
go insanio) stultè omnia & incautè agi judico. Tu quę,
d me crebrò scribe, vel quod in buccā venerit. Vale.

LICTORIBVS LAVREATIS) Imperatores & in literis, & in
ibus lictorum laurea utebantur, victos hostes indicante.

Cicero Attico. A. 7. 19. 25

Nihil habeo quod ad te scribā: quin etiam epistolam,
quam eram elucubratus, ad te non dedi. erat enim
a spei bonæ, quod & concionis voluntatē audieram,
lum conditionibus usurum putabam, præsertim suis.
e tibi 4. Nonas Febr. manè accepi literas tuas, Philoti-
Furnii, Curionis ad Furnium, quib⁹ irridenter L. Cæsaris
tionē. Planè oppressi videmur: nec quid consilii, capi-
scio, nec me herculè de me laboro, de pueris quid agā
habeo, Capuam tamen proficiscebar hæc scribens,
facilius de Pompeii rebus cognoscerem. Vale.

Cicero Attico S. ad Atticum 7. 20.

BReviloquétem jam me tempus ipſum facit: pacé eni deſperavi. Bellum noſtri nullum adminiſtrant. Ca enim puces quicquá eſſe minoris his Coſſ. quorú ego ſ audiendi aliquid, & cognoſcendi noſtri apparatus, ma mo imbri Capuam veni pridiè Nonas ut eram juſſus. li autè nondum venerant, ſed erant venturi, inanes, imp rati. Cn. autem Luceriæ dicebatur eſſe, & adire cohort Legionum Attianarum non firmiſſimarum. At illum ru re nunciant, & jam, jamq. adeſſe, nó ut manum conſe (qui cùm enim?) ſed, ut fugam intercludat. Ego autem Italia *nil ἀνυπόβλητον* etiam commori cupio: nec te id co ſulo: ſin extra: quid ago? Ad manendum hyems, licto improvidi, & negligentes duces; ad fugam hortatur a citia Cn. cauſa bonorum, turpitudo conjungendi c tyranno. Qui quidem incertum eſt, * Phalarimne, an ſiſtratum ſit imitaturus. Hæc velim explices, & me ju conſilio. Et ſi teipſum iſtic jam * calere puto, ſed tam quantum poteris. Ego ſi quid hìc hodiè novi cogno ſcies: jam enim aderunt Coſſ. ad ſuas Nonas. Tuas qu tidiè literas exſpectabo. Ad has autè, cùm poteris, reſc bes. Mulieres, & Cicerones in Formiano reliqui. Val

PHALARIMNE) Crudelem & tyrannum, an ſtudioſorum & bo rum amantem. CALERE) Dicuntur, qui moleſtiſſimis rebus tricati, exitum excogitare nequeunt. Sic Atticus cùm urbem ſ ctam à Pompeio Cæſari patere videret.

Cicero Attico 8. 7. 21.

PEdem in Italia video nullum eſſe, qui non in iſtius teſtate ſit. De Pompeio ſcio nihil, eúmque niſi in vim ſe contulerit, exceptum iri puto. O celeritatem credibilem! * hujus autem noſtri. Sed non poſſum dolore accuſare eum, de quo angor & crucior. Tu cæ non ſine cauſa times, non quo minus quicquam exped Cæſari ad diuturnitatem victoriæ, & dominationis, video, quorum arbitrio ſit acturus. Rectè ſit. cenſeo dendum de opidis iis. egeo conſilii. quod optimum fa videbitur, facies. cum Philotimo loquere, atq. adeò rentiam habebis Idibus. Ego quid agam? qua aut te

ut mari persequar eum, qui ubi sit nescio? Et si terra
idem, quid possum? mari, quo? tradam igitur isti me, fac
osse tuto, Multi enim horrantur. num etiam honestè?
ullo modo? quid? à te petam consilium, ut soleo? Expli-
ri res non potest. sed tamen si quid in mentem venit,
elim scribas, & ipse quid sis acturus. Vale.

HVIVS NOSTRI) Sub. tarditatem. Miratur & timet celeritatem Cæsaris, culpat Pompeii ignaviam, hæret, tradat se Cæsari an non.

Cicero Attico. A. 7. 24. 28

CVm dedissem ad te literas tristeis, & metuo, ne veras
de Lucretii ad Cassiũ literis Capuâ missis; Cephalio
enit à vobis, attulit etiâ à te literas hilariores: nec tamẽ
rmas, ut soles. Omnia faciliùs credere possũ, quâ quod
cribitis Pompeium exercitũ habere, nemo huc ita affert,
mniaq. quæ nolim. O rem miseram! malas causas sẽper
btinuit, in optima concidit. Quid dicam, "nisi, illud
um sciisse. Neque enim erat difficile hoc nescisse. Erat
im ars difficilis rectè Rempub. regere. Sed jam jamque
mnia sciemus, & scribemus ad te statim. Vale.

NISI ILLVD EVM, &c.) Scivit malas causas obtinere: quod non difficile sit, malè agit, sed bonas causas nescivit obtinere.

T. P. Attico. A. 8. 7. 29

VNum etiam restat "amico nostro ad omne dedecus,
ut Domitio non subveniat. at nemo dubitat quin
bsidio venturus sit. Ego non puto. Deseret igitur talem
ivem? & eos quos unà scis esse; cùm habeat præsertim &
se cohortes 30? nisi me omnia fallunt, deseret. incredi-
iliter pertimuit, nihil spectat, nisi fugam: cui tu (video
im quid sentias) me comitẽ putas debere esse. Ego ve-
o quem fugiam, habeo, quem sequar, non habeo. Quod
im tu meum consilium laudas, & memorandum dicis,
alle quod dixerim, me cum Pompeio vinci, quam cum
is vincere: ego vero malo: sed cum illo Pompeio ar-
m erat, aut qui mihi esse videbatur: cum hoc vero, qui
te fugit, quam sciat, quem fugiat, aut quò, qui nostra
adidit, qui patriam reliquit, Italiam deseruit: si malui.
ovigit: victus sum. Quod supereſt, nec ista videre pos-
m, quæ nunquam timui ne viderem, nec mehercule

istum propter quem mihi non modò meis, sed memet
so carendum est. Ad Philotimum scripsi de viatico, siv
* Moneta, nemo enim solvit: sive ab Oppiis tuis con
bernalibus. Cætera appositа tibi mandabo. Vale.

AMICO NOSTRO) Pompeio. victus fuit Pompeius, & Italia c
fit. Neq; aspicere Cæsarē sustinebat. MONETA) Templum Iuno
Monetæ: locus ubi moneta cudebatur, quam auri argentive infe
permutatione habere voluit. OPPII) Fæneratores erant.

Cn. Pomp. Proc. M. T. Cicer. Imp. S. A. S. 14.

TVas literas libenter legi. Recognovi enim tuam p
stinam virtutem etiam in salute communi. Coss.
eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Ma
nopere te hortor pro tuo singulari, perpetuoque stud
in Rempub. ut te ad nos conferas, ut communi consi
Reipub. afflictæ opem atque auxilium feramus. Cens
via Appia iter facias, & celeriter Brundusium veni
Cura ut valeas.

Cn. Pomp. Proc. L. Domitio, S. A. S. 18.

MIror te ad me nihil scribere, & potius ab aliis qua
à te de Repub. certiorem me fieri. Nos disiecta m
nu pares adversariis esse non possumus; contractis nost
copiis, spero nos & Reipub. & saluti prodesse pos
Quamobrem cùm constituisses, ut Vibullius mihi scri
serat ad Id. Febr. Corfinio proficisci cum exercitu, &
me venire, miror quid causæ fuerit, quare consilium m
târis. Nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, le
est, te propterea moratum esse quòd audieras Cæsare
Firmo progressum in castrum Truentinum venisse. Qua
to enim magis appropinquare adversarius cœperat,
tibi celerius agendum erat, ut te mecum conjunger
prius quàm Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs
excludere posset. Quamobrem etiam te rogo, & hort
id quod non destiti superioribus literis à te petere, ut p
mo quoque die Luceriam advenires, ante quam cop
quas instituit Cæsar contrahere in unum locum coac
nos à vobis distrahant. Sed si erunt, qui te impediant,
illas suas servent, æquum est me à te impetrare, ut coh
tes, quæ ex Piceno & Camerino venerunt quæ fortu
suas reliquerunt, ad me missum facias. Vale.

Cn. Pomp. L. Dom. S. ad Att. 8. 12. 32

Iteræ mihi à te redditę sunt ad 14. Kal. Mart. in quibus scribis Cæsarem apud Corfin. castra posuisse, quod puvi, & prænonui sit, ut nec in præsentia committere te- m prælium velit; & omnibus copiis conductis, te imicet, ne ad me iter expeditum tibi sit: atque istas coas conjungere optimorum civium possis cum his legiobus, de quarum voluntate dubitamus; quò magis etiam is literis sum commotus. Neque enim eorum militum, os mecum habeo, voluntati satis confido, ut de omnius fortunis Reipub. dimicem: neq; etiam qui ex delectius conscripti sunt à Coss., convenerunt. Quare da opem, si ullà ratione etiam nunc efficere potes, ut te explis, & huc quamprimùm venias, ante quàm omnes copię versariorum conveniant. Neq; enim celeriter ex delebus huc homines convenire possunt, & si convenirent, antum iis committendum sit, quod inter se non noti nt, contra veteranas legiones, non te præterit. Vale.

Cicero Attico, A. 8. 13. 33

Ippitudinis meę signũ tibi sit librarii manus; & eadem causa brevitatis: etsi nunc quidem, quod scriberem hil erat. omnis exspectatio nostra erat in nuntiis Brunfinis, si nactus hic esset, Cn. nostrũ, * spes dubia pacis, sin e ante transmisisset, exitiosi belli metus. Sed videsne, in em hominem inciderit Resp.? quam acutum? quàm vilantem? quàm paratum? Si meherculè neminem occirit, nec cuiquam quicquam ademerit, ab iis, qui eum aximè timuerant, maximè diligetur. multum mecum unicipales homines loquuntur, multum rusticani; nihil orsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummus suos. Et vide, quàm conversa res est: illum, quo antea nfidebant, metuunt; hunc amant, quem timebant. id antis nostris peccatis, vitiisque evenerit, non possum e molestia cogitare. Quæ autem impendêre putaram, ripseram ad te, & jam tuas literas exspectabam. Vale.

* SPES DVBIA) Quia si Cæsar assequutus Pompeium ante quam re transmiserit, victoria penes eum videbitur.

Cæsar. Imp. S. D. Cicer. A. 9. ex epist. 6.

QVum Furnium nostrum tantùm vidissem, neque a
loqui neque audire meo commodo potuissem, pr
perarem, atque essem in itinere præmissis, jam legio
bus: præterire tamen non potui: quin & scriberem ad
& illum mitterem, gratiasque agerem: & si hoc officiu
& feci sæpe, & sæpius mihi facturus videor, ita de me m
reris. Imprimis à te peto, quoniam confido celeriter
urbem venturum, ut ibi te videam, ut tuo consilio, gr
tia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad prop
situm revertar. Festinationi meæ, brevitatique literaru
ignoscas. reliqua ex Furnio cognosces. Vale.

Cæsar Oppio Cornelio S. ad Att. lib. 9. epist. 8

GAudeo meherculè vos significare literis, quàm val
probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. Consi
vestro utar libenter, & hoc libétiùs, quod mea sponte
cere constitueram, ut quàm leniss imum me præberem,
Pompeium, daré operam ut reconciliarem. Tentem
hoc modo si possumus omnium voluntates recupera
& diuturna victoria uti: quando reliqui crudelitate o
um effugere non potuerunt, neq. victoriam diutiùs te
re, præter unum L. Syllam quâ imitaturus non sum. H
nova sit ratio vincendi, ut misericordia, & liberalit
nos muniamus. Id enim quemadmodum fieri possit, n
nulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri possu
De his rebus rogo vos, ut cogitationé susc ipiatis. Cn. N
gium Pompeii præfectum deprehendi: sed & meo insti
to usus sum, & eum statim missum feci. Iam duo præfe
fabrûm Pompeii, in meam potestatem venerunt, & à
missi sunt. Si volent grati esse, debebunt Pompeium h
tari, ut malit mihi esse amicus, quàm iis, qui & illi & n
hi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis e
ctum est, ut Resp. in hunc statum perveniret. Valet

Cicer. Imp. S. D. Cæsar. Imp. Att. 9. ex epist. 11.

VT legi tuas literas, quas ab Furnio nostro accepera
quibus mecum agebas, ut ad urbem essem: te ve
uti consilio, & dignitate mea, minus sum admiratus.
gratia, & de ope quid significares, mecum ipse quæreb

tamen deducebar ad eam cogitationé, ut te pro tua nirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de con-dia civium agi, velle arbitrarer; & ad eam rationé exi-nabâ satis aptam esse naturâ, & personam meam, quòd a est, & si qua de Pópeio nostro tuendo, & tibi, ac Reip. óciliando, cura te attingit, magis idoneum, qu[illegible] ego n ad eam causam profectò reperies neminé, qui & illi per, & senatui cum primũ potui, pacis author fui. Nec ptis armis belli ullam parté attigi, judicavique te eo lo violari, contra cujus honorem populi Romani be-icio concessum, inimici, atque invidi niterentur. Sed o tempore non modo ipse author dignitatis tuæ fui, umetiam cæteris author ad te adjuvandum, sic mẹ c Pompeii dignitas veheméter movet. Aliquot enim t anni, cùm vos duos delegi, quos præcipuè colerem, uibus essem, sicut sum, amicissimus. Quamobrem à eto, vel potius precibus omnibus oro, & obtestor, ut uis maximis curis aliquid impertias temporis huic q. cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius ique esse in maximi beneficii memoria possim. Quæ ntum ad meipsum pertinerent, sperarem me à te ta-n impetraturum. sed, ut arbitror; & ad tuam fidem; & Remp. pertinet, me & ad pacem utriusque vestrum, d civium concordiam, per te quam accõmodatissimũ servari. Ego cùm anteà tibi de Lentulo gratias egis-, cùm ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tamen ejus lite-lectis quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate eficioque misit, eandem me saluté à te accepisse pu-, quam ille. in quem si me intelligis esse gratum, cura ecro, ut etiam in Pompeium esse possim. Vale.

Balbus Cicer. Imp. S. D. ad Att. 9. 16. 37

Æsar nobis literas perbreves misit, quarum exem-plum subscripsi, brevitate epistolæ scire poteris eum dè esse distentum, qui tanta de re tam breviter scrip-t. Si quid præterea novi fuerit, statim tibi scribam.

Cæsar Oppio, Cornelioque S. 38

D 8. Id. Mart. Brundusium veni, ad murũ castra posui. Pompeius est Brundusii, misit ad me Cn. Magium de

pace, quæ visa sunt respondi. Hoc vos statim scire vol
cùm in spem venero de compositione aliquid me co
cere, statim vos certiores faciam. Valete. Quomodò
nunc putas, mi Cicero, torqueri, postquam rursus in spe
pacis veni, nequa res compositionem eorum impedia
Namque quod absens facere non possum, opto: quòd
unà essem, aliquid fortasse proficere possem. Nunc exsp
ctatione crucior. Vale.

Cic. Att. S. D. A. 10. 2.

EGo cum accepissem tuas literas Nonis Apr. quas C
phalio attulerat, essemq; Minturnis postridie mans
rus, protinus lustinui me in Arcano fratris, ut dum aliqu
certius afferretur, occultiore in loco essemus, agerétur
nihilominus, quę sine nobis agi non possunt. λαλαγυσα h
rundo jam adest, & animus ardet, nec est quicquam *q
& qua: sed hæc nostra erit cura, & peritorum. Tu tam
quoad poteris, ut adhuc fecisti, nos consiliis juvabis. R
sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omni
sine spe conamur ulla. Melius si quid acciderit, mirab
mur. Dionysium nolim ad me profectum, de quo ad m
Tullia mea scripsit, sed & tempus alienum est, & homi
non amico nostra incōmoda, tanta præsertim, spectacu
esse nollem: cui te meo nomine inimicum esse nolo. Va

HIRVNDO) Locus præter omnes depravatus in Græca voce λα
γυσα, garrula, cujus advĕtus ver declarat: sed Cic. intelligi nole
vulgo: sic epist. 10. lib. 9. ad Att. Ne incerciperetur ab hostibus in
navigandum. QVO & QVA) Qua utar via, quo iter tenendum.

Cæsar. Imp. M. C. Imp. S. ad Att. 10. 9.

ETsi te nihil temerè, nihil imprudenter facturum jud
caram: tamen permotus hominum fama, scribend
ad te existimavi, & pro nostra benevolentia petendum,
quò progredereris proclinata jam re, qua integra eti
progrediendum tibi non existimasses. Namq. & amicit
graviorem injuriam feceris, & tibi minus commodè co
sulueris, si non fortunæ obsecutus, videbere (omnia en
secundissima nobis, adversissima illis accidisse viden
nec causam secutus ut deberes (eadé enim tum fuit, ci
ab eorum consiliis abesse judicasti) sed meum aliquod
&

m condemnasse. quo mihi gravius abs te nihil accide- poteſt: quod ne facias, pro jure noſtrę amicitiæ à te pe- poſtremò quid viro bono & quieto, & bono civi magis nvenit, quam abeſſe à civilibus controverſiis? Quod nnulli cum probarent, periculi cauſa ſequi non potue- nt, tu, explorato, & vitæ meæ teſtimonio, & amicitiæ dicio, neque tutius, neq. honeſtius reperies quicquam, am ab omni contentione abeſſe. Vale.

Cicero Attico. 11. Epiſt. 18. 41

DE illius ab Alexandria diſceſſu, nihil adhuc rumoris, contraq; opinio, valde eſſe impeditum. Itaq; nec mit- (ut conſtitueram) Ciceronem: & te rogo, ut me * hinc pedias. Quodvis enim ſupplicium levius eſt hac man- ne. Hac de re & ad Antonium ſcripſi, & ad Balbum & ad ppium. Sive enim bellum in Italia futurũ eſt, ſive claſ- us utetur, hic me eſſe minime convenit, quorum for- ſe utrumq. erit, alterũ certe. Intellexi omnino ex Op- ſermone, quem tu mihi ſcripſiſti, quæ iſtorũ via eſſet, ut eam flectas, te rogo. Nihil omnino jam exſpecto miſerum. Sed hoc perditius in quo nunc ſum, fieri ni- poteſt. Quare cum Antonio loquare velim, & cũ iſtis, em ut poteris, expedias, & mihi quamprimùm de om- us rebus reſcribas. Vale. 12. Kal. Quint.

BRVNDVSIO) diſcedere cupit, propter bellum à Pompeianis ſari concitatum.

Cicero Attico. 11. 19. 42

QVum tuis dare poſſẽ literas, non prætermiſi, etſi quid ſcriberem non habebam. Tu ad nos & rarius ſcribis am ſolebas, & brevius: credo quia nihil habes, quod putes libenter legere aut audire poſſe. Verumtamen im, ſi quid erit, qualecunq. erit, ſcribas. Eſt autẽ unum, od mihi ſit optandum, ſi quid agi de pace poſſit, quod lla equidem habeo in ſpe. ſed quia tu leviter interdum nificas, cogis me ſperare quod optandum vix eſt. Phi- imus dicitur ſecedere. Id. Sext. nihil habeo de eo am- s. Tu velim ad ea mihi reſcribas, quę ad te antea ſcri- Mihi tantum tẽporis ſatis eſt, dum in peſſimis rebus quid caveam, qui nihil unquam cavi. Vale. 11. Kal. Sext.

Antonius Coss. Ciceroni, S. ad Attic. 14. 14. 43

OCcupationibus est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem. quam ob causam vereor, ne absentia mea levior sit apud te. quod si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper habui de te gaudebo. A Cæsare, petii ut Sextum Clodium restitueret, impetravi. Erat mihi in animo etiam tum fiduti beneficio ejus, si tu concessisses: quo magis laboro, ut & tua voluntate id per me facere liceat. Quod si duriorem te ejus miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego adversus te, quanquam videor debere tueri * commentarium Cæsaris. Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto præbebis & voles. P. Clodium in optima spe puerum repositum, existimare, non te insectatum esse, cum soroveris amicos paternos. Patere, obsecro te, pro Repub. videri gessisse simultatem cum patre ejus. Non contempseris hanc familiam. Honestius enim, & libentius deponimus inimicitias. Reipub. nomine susceptas, quàm contumaciæ. Me deinde sine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, & tenero animo ejus persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias, quanquam tuam fortunam Cicero ab omni periculo abesse certum habeo: tamen arbitror malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quam solicitam. Postremo, meo jure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum: ut intelligas quanti apud me authoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas. Vale.

COMMENTARIVM CAESARIS) Senatus decrevit ut quæ Cæsar egisset, rata manerent.

Cic. Plan. P. R. Desi. S. ad At. 16. 20. 44

IGnosce mihi quod cum antea accuratissimè de Buthrotiis ad te scripserim, eadem de re sæpius scribam. Nec mehercule, mi Plance, facio quod parùm confidam aut liberalitati tuæ aut nostræ amicitiæ: sed cùm tanta res agatur Attici nostri, nunc verò etiam existimatio, ut i

quo

uod probavit Cæsar nobis testibus, & obsignatoribus, ui & decretis & responsis Cæsaris interfueramus, vi- eatur obtinere potuisse: præsertim cùm tota potestas ius rei tua sit: ut ea quæ Coss. decreverunt secundum Cæsaris decreta, & responsa, non dicam comprobes, sed udiosè, libenterque comprobes. Id mihi sic erit gra- um, ut nulla res gratior esse possit. Etsi jam sperabam, ùm has literas accepisses fore, ut ea, quæ superioribus teris à te petiissemus, impetrata essent, tamen non fa- iam finem rogandi, quoad nobis nunciatum erit, te id ciisse, quòd cùm magna spe exspectamus. Deinde enim onfido fore, ut alio genere literarum ueamur, tibique o tuo summo beneficio gratias agamus. quòd si acci- erit, velim sic existimes non tibi tam Atticum, cujus ermagna res agitur, quàm me, qui non minus laboro, uàm ille, obligatum fore. Vale.

Cicero Capitoni S. ad Attic. 16. 15. 45

NOn dubito, quin mirêre, atque etiam stomachêre quòd tecum de eadem re agam sæpius. Hominis fa- iliarissimi, & mihi omnibus rebus conjunctissimi per- agna res agitur Attici. Cognovi ego tua studia in ami- os, etiam in te amicorum. multum potes nos apud lancum juvare. novi humanitatem tuam. scio quam sis nicis jucundus. Nemo nos in hac causa plus juvare po- st quàm tu, & res ista est firma, ut debet esse, quam oss. de consilii sententia decreverunt, cùm & lege & S. . cognoscerent, tamen omnia posita putamus in Planci i liberalitate, quem quidem arbitramur cùm officii i, & Reipub. causa decretum Coss. comprobaturum, m libenter nostra causa esse facturum. Adjuvabis igi- r, mi Capito, quod ut facias vehementer etiam atque iam rogo. Vale.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

Servius Sulpitius M.T. C.S. Fam. lib. 4. Epist. 5. 1

POsteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sanè quàm pro eo, ac debui graviter, molesteque tuli, communemque eam calamitatem existimavi: quisi istic affuissem, neque tibi defuissem, coramq; tibi meum dolorem declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserũ atq. acerbum est propterea, quia per quos ea fieri debet propinquos. ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur, neq. sine lachrymis multis id conari queunt: ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quàm aliis posse suum officium præstare: tamen quæ in præsentia mihi in mentem venerunt, decrevi brevi ad te perscribere: non quod ea te fugere existimem, sed quod forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod te tantopere commoveat tuus dolor intestinus? Cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatẽ, honores omnes, hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet, atque omnia minoris æstimare? an illius vicem, credo, doles? quoties in eam cogitationem necesse est, & tu veneris, & nos sæpe incidamus, hisce temporibus non pessimè cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magnoperè invitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum aliquo * adolescente primario conjuncta, ætatem ageret? licitum est tibi (credo) pro tua dignitate, ex hac juventute generum deligere, cujus fidei liberos tuos, te tutò committere putares: An ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florenteis videret, lætaretur? qui rem à parentẽ tr?

raditam per se tenere possent? honores ordinatim in Re-
ublica petituri essent? in amicorum negotiis liberalita-
e sua uterentur? Quid horum fuit, quod non prius,
uam datum est, ademptum sit? At verò malum est li-
eros amittere. Malum, nisi hoc pejus sit hæc sufferre &
erpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem
ttulit, volo tibi commemorare, si fortè eadem res tibi
minuere dolorem posset. Ex Asia rediens cùm ab Ægina
Megaram versus navigarem, cœpi regiones circum circà
rospicere, post me erat Ægina, ante Megara, dextra Pi-
æeus, sinistra Corinthus: quæ oppida quodam tempore
lorentissima fuerunt nunc prostrata & diruta ante ocu-
os jacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare, hem nos
omunculi indignamur, si quis nostrûm interiit, aut oc-
isus est, quorum vita brevior esse debet, cùm uno loco
ot oppidorum cadavera proiecta iaceant. Vis tu te Servi
ohibere, & meminisse hominem te esse natum? Crede
ihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus.
loc idem si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas,
lodò uno tempore tot viri clarissimi interierunt: de im-
erio prætereà tanta deminutio facta est, omnes provin-
iæ conquassatæ sunt; in unius mulierculæ animula si ia-
tura facta sit, tantopere commoveris? quæ si hoc tempo-
e non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei
oriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu
ò hisce rebus animum ac cogitationem tuam avoca,
eque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt;
lam quamdiu ei opus fuerat, vixisse, unà cùm Republ.
isse, te patrem suum Prætorem, Consulem, Augurem
idisse, adolescentibus primariis, nuptam fuisse, omni-
us bonis propè perfunctam esse, cùm Respubl. occide-
et, vita excessisse. Quid est quod tu, aut illa cum fortu-
a, hoc nomine queri possitis? Denique noli te obliviscì
iceronem esse, & eum qui aliis consueveris præcipere
dare consilium: nec imitari malos medicos, qui in
ienis morbis profitentur se tenere medicinæ scien-
am, ipsi se curare non possunt; sed potius quæ aliis

tute

tute præcipere soles, ea tute tibi subjice, atque apud animum tibi propone: Nullus dolor est, qué non longinquitas téporis minuat atque molliat. Hoc te exspectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quòd si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit, pietasque in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult, da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiarib⁹, qui tuo dolore mœrent; da patriæ, ut, si qua in re opus sit opera & consilio tuo, uti possit. Deniq. quoniam in eam fortunã devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit, noli cõmittere, ut quisquam te putet non tam filiam, quàm Reipub. tépora, & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare si hoc unum proposuero, finé faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè te ferre fortunam, magnamq. ex ea re te laudé adipisci, fac aliquando intelligamus, adversam quoque te æquè ferre posse, neque id majus, quàm debeat tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus, hæc una tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, cùm te tranquilliori animo esse cognovero, de iis rebus, quæ hic geruntur, quemadmodum se provincia habeat, certiorem faciam.

ADOLESCENTIBVS PRIMARIIS) Ter Tullia nupsit: primùm C. Calpurnio Pisoni Frugi. Epist. 2. Lib. 1. Attic. secundò Furio Crassipedi. Epist. 4. Lib. 2. ad fratrem. (De cujus neque obitu, neque divortio constat. Postremò P. Cornelio Dolabellæ collocata, & ab eo repudiata periit ex partu.

Cicer. S. Servio Sulp. Famil. lib. 4. epist. 6.

EGo verò (Servi) velim, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Quantũ enim præsens me adjuvare potueris, & consolando, & propè æquè dolendo, facilè ex eo intelligo, quod literis tuis lectis aliquantum acquievi. Nam & ea scripsisti, quæ levare luctum possent: & in me consolando, non mediocré ipse animi doloré adhibuisti. Servius autẽ tuus, omnibus officiis, quæ illi tépori tribui potuerunt, declaravit, & quanti ipse me faceret, & quam suum idem erga me animum tibi gratum putaret fore, cujus officia jucundiora scilicet sæpè mihi fuerunt: nusquam tamen gratiora. Me autẽ non oratio tua solum, &

cietas pœnè ægritudinis, ſed etiam authoritas conſola-
r. Turpè enim eſſe exiſtimo, me nō ita ferre caſū meum,
tu tali ſapientia præditus, ferendum putas. Sed oppri-
or interdū, & vix reſiſto dolori, quod ea me ſolatia de-
ciunt, quæ cæteris quorum mihi exempla propono, ſi-
ili in fortuna non defuerunt. Nam & Quint. Maximus,
ui filium conſularem clarum virum, & magnis rebus ge-
is amiſit, & L. Paulus, qui duos ſeptem diebus, & noſter
allus, & M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute
lium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eos ipſorum
ignitas conſolaretur, ea, quam ex Repub. conſequeban-
ur: mihi autem, amiſſis ornamentis iis, quæ ipſe comme-
oras, quæque eram maximis laboribus adeptus, unum
anebat illud ſolatium, quod ereptū eſt. Non amicorum
egotiis, non Reipub. procuratione impediebantur co-
itationes meæ, nihil in foro agere libebat: aſpicere cu-
iam non poteram, exiſtimabam id quod erat, omnes me
& induſtriæ meæ fructus & fortunæ perdidiſſe. Sed cùm
ogitarem hæc mihi tecum & cum quibuſdam eſſe com-
unia, & cùm frangerem jam ipſe me, cogeremque illa
erre tolerantèr, habebam quò confugerem, ubi conqui-
ſcerem, cujus in ſermone, & ſuavitate, omnes curas, do-
oreſque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulne-
e, etiam illa quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt.
Non enim ut tum me à Repub. mœſtum domus excipie-
at quæ levaret: ſic nunc domo mœrens ad Rempub. con-
ugere poſſum, ut in ejus bonis acquieſcam. itaque &
omo abſum, & foro, quòd nec eum dolorem, quem è
epub. capio domus jam conſolari poteſt: nec domeſti-
um Reſpub. Quo magis te exſpecto, teque videre quam-
rimū cupio. major mihi ratio afferri nulla poteſt, quàm
onjunctio conſuetudinis, ſermonumque noſtrorum,
uanquam ſperabam tuum adventum (ſic enim audie-
am) appropinquare. Ego autem cùm multis de cauſis
exopto, quamprimùm videre, tum etiam, ut ante com-
entemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit
oc tempus, quod eſt totum ad unius voluntatē accom-

mo-

modandum, & prudentis, & liberalis, & (ut perſpexi videor) nec à me alieni, & tibi amiciſſimi. Quod cùm it ſit magnæ tamen eſt deliberationis, quæ ratio ſit ineund nobis non agendi aliquid, ſed illius conceſſu & benefici quieſcendi. Vale.

QVINT. FAB. MAXIM.) Cujus filius Conſularis, Hannibale exultantem juveniliter patientia mollivit. Arpes opidum ab Ha nibale munitum cepit. L. PAVLVS) Liv. 45. Velleius, lib. 1. Paul fuit AEmilius, qui victo Perſa Rege Macedoniam imperio adjun & in ærarium intulit ex præda bis millies centies. H.S. SVLP TIVS GALLVS) Conſul Ligures devicit. Cato Cenſorius.

M. C. S. D. Lucio, Q. filio. Fam. Lib. 5. Epiſt. 12.

COram me tecum eadem hæc agere ſæpe conantem deterruit pudor quidam penè ſubruſticus: quæ nu exponam abſens audaciùs. epiſtola enim non erubeſci Ardeo cupiditate incredibili, neque (ut ego arbitror) n prehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur, & celebretur tuis, quod etſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe f cturum, tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ. G nus enim ſcriptorum tuorum, etſi erat ſemper à me v hementer exſpectatum, tamen vicit opinionem mea meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quàm cele rimè res noſtras monumentis cõmendari tuis. Non en me ſolùm commemoratio poſteritatis ad ſpem quand immortalitatis rapit, ſed etiã illa cupiditas, ut vel auth ritate teſtimonii tui, vel judicio benevolentiæ, vel ſuav tate ingenii vivi perfruamur. Neque tamen hæc cù ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premere ſuſceptarũ rerum, & jam inſtitutarum. ſed quia videb Italici belli, & civilis hiſtoriam, jam penè à te eſſe per ctam; dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, dec mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, conju cténe malles cum cæteris rebus noſtra contexere, au multi Græci fecerunt, Caliſthenes Troicum bellum, mæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes à p petuis ſuis hiſtoriis ea quæ dixi bella ſeparaverunt: quoque ita civilem conjurationem ab hoſtilibus ext njſque bellis ſejungeres. Equidem ad noſtram laud

on multum video intereſſe, ſed ad properationé meam
niddam intereſt, non te exſpectare, donec ad locum ve-
ias, ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere. Et
mul ſi uno in argumento, unaque in perſona, mens tua
ota verſabitur, cerno jam animo, quantò omnia uberio-
, atque ornatioria futura ſint. Neque tamen ignoro,
uàm imprudéter faciam: qui primùm tibi tantum one-
s imponam. (poteſt enim mihi denegare occupatio
ua) deinde etiam, ut ornes me poſtulem: quid ſi illa tibi
on tantopere videntur ornanda? ſed tamen qui ſemel
erecundiæ fines tranſierit, eum bene, & gnaviter opor-
et eſſe impudentem. Itaque te planè etiam atque etiam
ogo, ut ornes ea vehementiùs, quàm fortaſſe ſentis, &
eo * leges hiſtoriæ negligas, gratiamque illam, de qua
aviſſimè quodam in procœmio ſcripſiſti, à qua te affici
on magis potuiſſe demonſtras, quam Herculem Xeno-
hontium illum à voluptate, ea ſi me tibi vehementiùs
mmendabit, ne aſpernêre, amorique noſtro pluſculum
iam, quàm concedit veritas, largiare. Quòd ſi te addu-
mus, ut hoc ſuſcipias, erit (ut mihi perſuadeo) materies
gna facultate, & copia tua. A principio enim conjura-
onis, uſq; ad reditum noſtrum videtur mihi modicum
uoddam corpus confici poſſe: in quo & illa poteris uti
vilium commutationum ſcientia, vel in explicandis
ufis rerum noſtrarum, vel in remediis incommodorum
m & reprehendes ea quæ vituperanda duces, & quæ
acebunt, exponendis rationibus comprobabis; & ſi li-
erius, ut conſueviſti, agendũ putabis multorum in nos
rfidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam
ſus noſtri tibi varietatem in ſcribendo ſuppeditabunt,
nam cujuſdam voluptatis, quæ vehementer animos
minum in legendo ſcripto retinere poſſit. Nihil eſt
im aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum
rietates, fortunæque viciſſitudines: quæ etſi nobis op-
iles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen
nt jucundæ. * Habet enim præteriti doloris ſecura
ordatio delectationem; cæteris verò, nulla perfunctis

propria

propria moleſtia, caſus alienos ſine ullo dolore intue
bus, etiam ipſa miſericordia eſt jucunda. Quem enim
ſtrum ille morien⁹ apud * Mantineam Epaminondas
cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique
avelli jubet ſpiculum, poſteaquam ei percontanti di
eſt, clypeum eſſe ſalvum, ut etiã in vulneris dolore, æ
animo cum laude moreretur. Cuius ſtudium in lege
non erectum Themiſtoclis fuga, redituque retinetur?
nim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet q
enumeratione faſtorum. At viri ſæpe excellentis anc
tes variúque caſus habent admirationem, exſpectatio
lætitiam, moleſtiam, ſpem, timorem, ſi verò exitu not
concluduntur, expletur animus iucundiſſimæ lectio
voluptate. Quod mihi acciderit optatius, ſi in hæc
rentia fueris, ut à continentibus tuis ſcriptis, in qui
petuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris,
cernes hanc quaſi fabulam rerum eventorumque no
rum. habet enim varios actus, multaſq; actiones &
filiorum, & temporum. Ac non vereor ne aſſentatiun
quadam aucupari tuam gratiam videar; cum hoc den
ſtrem, me à te potiſſimũ ornari, celebrarique velle. N
enim tu is es qui quis ſis neſcias, & qui nõ eos magis
te non admirentur, invidos, quàm eos, qui laudent a
tatores arbitrere. Neque autẽ ego ſum ita demens u
ſempiternæ gloriæ per eum cõmendari velim qui no
ſe quoque in me cõmendando propriam ingenii glo
conſequatur. Neque enim Alexander ille, gratiæ cau
Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi volebat
quòd illorum artem, cum ipſis, tum etiam ſibi, gloriæ
putabat. Atqui illi artifices, corporis ſimulacra, ig
nota faciebant, quę vel ſi nulla ſint, nihilo ſunt tame
ſcuriores clari viri. Nec minus enim eſt Spartiate
Ageſilaus perhibendus, qui neque pictam neque ſ
imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quàm qui in eo gene
boraruntunus enim Xenophontis libellus in eo Rege
dando, facilè omnes imagines hominum, ſtatuaſq
peravit, atque hoc præſtantius mihi fuerit, & ad læti
a

nimi,& ad memoriæ dignitatem,ſi in tua ſcripta perve-
ero,quàm ſi in cęterorum;quòd non ingenium mihi ſo-
ùm ſuppeditatum fuerit tuum, ſicut Timoleonti à Ti-
neo,aut ab Herodoto * Themiſtocli: ſed etiam authori-
as clariſſimi & ſpectatiſſimi viri, & in Reipubl. maximis
raviſſimiſq; cauſis cogniti, atque in primis probati viri:
t mihi non ſolùm præconium,quòd cùm in Sigæum ve-
iſſet Alexander,ab Homero Achilli tributum eſſe dixit:
ed etiam grave teſtimonium impertitum clari hominis
agnique videatur,Placet enim Hector ille mihi Nævia-
us: qui non tantùm laudari ſe lætatur, ſed addit etiam à
udato viro. Quod ſi à te non impetro,hoc eſt,ſi qua res
impedierit (neque enim fas eſſe arbitror quicquam
e rogantem abs te non impetrare) cógar fortaſſe face-
quod nonnulli ſępe reprehendunt:ſcribam ipſe de me,
ultorum tamen exemplo,& clarorũ virorum,Sed quod
non fugit hæc ſunt in hoc genere vitia,& ut verecun-
iùs ipſi de ſe ſcribant,neceſſe eſt,ſi quid eſt laudandum,
prætereant ſi quid reprehendendũ eſt. Accedit etiam
minor ſit fides,minor authoritas,multi denique repre-
endant & dicant, verecundiores eſſe præcones lude-
m gymnicorum, qui cum cæteris coronas impoſue-
nt victoribus, eorumque nomina magna voce pronun-
rint, cùm ipſi ante ludorum miſſionem corona do-
ntur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe
ctores eſſe prædicent. Hæc nos vitare cupimus, & ſi
cipis cauſam noſtram, vitabimus. Idque ut facias ro-
mus. Ac ne fortè mirere, cur, cùm mihi ſæpe oſten-
ris te accuratiſſimè noſtrorum temporũ conſilia,atque
entus literis mandaturum; à te nunc id tantopere, &
m multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit,
qua initio ſcripſi, feſtinationis, quòd alacres animo
mus, ut & cæteri viventibus nobis ex libris tuis nos
gnoſcant,& noſmetipſi vivi gloria noſtra perfruamur.
de rebus quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum,
ſcribas mihi velim. ſi enim ſuſcipis cauſam, conficiam
mmentarios rerum omnium. ſin autem differes me in

tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non ce
ſabis, & ea quæ habes inſtituta, perpolies; noſque dili
ges. Vale.

Tres HISTORIAE LEGES Cicero 2. de Oratore narrat. 1. N
quid falſi dicere audeamus 2. Ne quid veri non audeamus. 3. Ne q
gratiæ aut ſimultatis ſit ſuſpitio. HABET ENIM PRAETERIT

Virgil. *Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.*

Cic. 2. de finib. Iucunda eſt præteritorum malorum memoria.

MANTINEAM) Vrbem Arcadiæ nobilitatem clade Lacedæm
niorum, & victoria Epaminondæ Thebanorum ducis. Iuſt. lib.
Strab. lib. 8. Letali vulnere perfoſſus quæſivit an victi hoſtes
ſalvus Clypeus, tum haſtile eripi juſſit ut lætus exſpiraret.

THEMISTOCLES) Venerat in ſuſpicionem pacti fœderis cu
Perſarum rege Artaxerxe, ideò timens Athenienſes, & eorum i
giens iram ad illum ſe contulit.

Cicero Attico. A. 8. 3.

MAximis & miſerrimis rebus perturbatus ſum, cu
coram tecum mihi poteſtas deliberandi non eſſe
ſed uti tamen tuo conſilio volui. Deliberatio autem o
nis hæc eſt. Si Pompeius Italia excedat, (quod eum fac
rum eſſe ſuſpicor) quid mihi agendum putes: & quo
ciliùs conſilium dare poſſis, quid in utramq; partem m
hi in mentem veniat, explicabo brevi. Cùm merita Po
peii ſumma erga ſalutem meam, familiaritaſque quæ m
hi cum eo eſt, tum ipſa Reipubl. cauſa me adducit, ut m
hi vel conſiliũ meum cum illius conſilio; vel fortuna c
fortuna conjungenda eſſe videatur. Accedit illud: ſi m
neo, & illum comitatum optimorum, & clariſſimor
civium deſero, cadendum eſt in unius poteſtatem; qui e
multis rebus ſignificat ſe nobis eſſe amicum, & ut eſſe
me eſt (tute ſcis) propter ſuſpitionem hujus impende
tempeſtatis multo antè proviſum: tamen utrumque co
ſiderandum eſt, & quanta ei fides ſit habenda: &, ſi m
ximè exploratum ſit, eum nobis amicum fore, ſitne
fortis, & boni civis eſſe in ea urbe, in qua, cum ſum
honoribus, imperiiſque uſus ſit, res maximas geſſerit,
cerdotio ſit ampliſſimo præditus, non futurus ſit ſui
ris, ſubeundumque periculum ſit, cum aliquo fortè de
core, ſi quando Pompeius Rempubl. recuperaverit.
hac parte hæc ſunt. Vide nunc, quæ ſunt in altera, N

ſt actum à Pompeio noſtro ſapienter, nihil fortiter: adde
tiam, nihil niſi contra conſiliũ, authoritatemque meam.
Omitto illa vetera, quod iſtum in Rempublicam ille
luit, auxit, armavit: ille legibus per vim, & contra au-
picia ferendis author: ille Galliæ ulterioris adjunctor,
le gener: ille in adoptando P. Clodio augur: ille reſti-
uendi mei, quàm retinendi ſtudioſior, ille provinciæ
ropagator: ille abſentis in omnibus adjutor. Idem etiam
rtio conſulatu poſtquam eſſe defenſor Reipublicæ cœ-
it, contendit, ut decem Tr. Pl. ferrent, ut abſentis ratio
aberetur: quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua, Mar-
oque Marcello Coſſ. finienti provincias Gallias Kalend.
Iartii diem reſtitit. Sed ut hæc omittam, quid fœdius,
uid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu, ſive potiùs tur-
iſſima fuga? Quæ conditio non accipienda fuit potiùs,
nàm relinquéda patria? Malæ conditiones erant, fateor:
d numquid hoc pejus? At recuperabit Rempub. Quan-
o? aut quid ad eam ſpem eſt parati? Non ager Picenus
niſſus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia
mnis & publica, & privata adverſario tradita? Denique
lla cauſa, nullæ vires, nulla ſedes, quò concurrant, qui
empubl. defenſam velint. Apulia delecta eſt inaniſſima
rs Italiæ, & ab impetu hujus belli remotiſſima: fuga &
aritima oportunitas viſa quæri deſperatione. Invitè ce-
Capuam, non quò munus illud diffugerem, ſed ſic in
cauſa, in qua nullus eſſet ordinum, nullus apertus pri-
orum dolor: bonorum autem erat aliquis, ſed hebes,
ſolet: & ut ipſe ſenſiſſem: multitudo, & infimus quiſq;
ppenſus in alteram partem: multi mutationis rerum
idi: dixi ipſi me nihil ſuſcepturum ſine præſidio, & ſi-
pecunia. Itaque habui nihil omnino negotii, quòd ab
io vidi, nihil quæri præter fugam. Eam ſi nunc ſe-
or, quonam? cum illo non: ad quem cùm eſſem profe-
s, cognovi in iis locis eſſe Cæſarem, ut tutò Luceriam
ire non poſſem. Infero mari nobis incerto curſu hye-
maxima navigandum eſt. Age jam cum fratre, an ſi-
cum filio? aut quomodo? In utraque enim re ſumma

difficultas erit, ſummus animi dolor. Qui autem impet
illius erit in nos abſenteis fortunáſq. noſtras? acrior, quà
in cæterorum: quod putabit fortaſſe in nobis violand
aliquid ſe habere populare. Age jam has compedes, fa
ces inquâ hos laureatos, efferre ex Italia quàm moleſtu
eſt? Qui autẽ locus erit nobis tutus, ut jam placatis ut
mur fluctibus antequam ad illum venerimus? Quà aut
aut quò nihil ſcimus. At ſi reſtitero, & fuerit nobis in h
parte locus, idem fecero, quod in Cinnæ dominatione,
Marii tyrannide Philippus, quod L. Flaccus, quod Qui
tus Mutius, quoquo modo ea res huic quidẽ cecidit: q
tamen ita dicere ſolebat, ſe id fore videre quod factu
eſt, ſed hoc malle, quàm armatum ad patriæ mœnia acc
dere. Aliter * Thraſybulus, & fortaſſe melius. ſed eſt ce
quædam illa Mutii ratio, atque ſententia: eſt aliqua eti
Thraſybuli: & cùm ſit neceſſe, ſervire tẽpori, & non an
tere tempus, cùm ſit datũ, ſed in hoc ipſo tamen habe
& iidem faſces moleſtiam. Sit enim nobis amicus qu
incertum eſt: ſed ſit, deferet triumphum, non accipere
periculoſum ſit: accipere invidioſum ad bonos? O r
inquis difficilem, & inexplicabilem! Atqui explica
eſt. Quî enim fieri poteſt? ac ne me exiſtimaris ad t
nendum eſſe propenſiorem, quòd plura in ea parte ve
fecerim, poteſt fieri, quod ſit in multis quæſtionibus,
res verboſior hæc fuerit, illa verior. Quamobrem ut
xima de re æquo animo deliberãti, ita mihi des conſili
velim. Navis & in Cajeta eſt parata nobis, & Brund
Sed ecce nuncii ſcribente me hæc ipſa noctu in Cal
ecce literæ, Cæſarem ad Corfinium, Domitium Co
cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. non puto e
hîc Cn. noſtrum commiſſurum; ut Domitium relinq
etſi Brunduſium Scipionem cum cohortibus du
præmiſerat, legionem à Fauſto conſcriptam in Sici
ſibi placere à Coſ. duci, ſcripſerat ad Coſſ. ſed turpe
mitium erit deſerere implorantem ejus auxilium: eſt
dam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis ſi
Afranium in Pyreneo, cum Trebonio pugnaſſe, pu
Tr

rebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus. summa autem; Afranium cum magnis copiis adventare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, dum esset incertum iter Cæsaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam, iturus putabatur, Leptam ad Pompeium misi & literas. ipse ne quò inciderem, reverti Formias. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo, quàm prorsùs scripseram, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum. Vale.

IN HAC PARTE.) Priùs de Cæsare agit, secundò de Pompeio utramque partem disputans. INSERO.) Quinque rationes ponuntur cur Pompeium sequi non debeat. AT SI.) Rationes cur sequatur Pompeium. Imitabor principes viros qui patriæ bellum inferre noluerunt. THRASYBVLVS.) Athenienſis armatus accessit ad patriæ mœnia, ut eam à 30. tyrannis liberaret.

Cicero Dolabellæ Cos. suo S. Att. 14. 20. 5

SI contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisque ex ea magnam lætitiam, voluptatèmque capiebam; tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgo hominũ opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conveni (convenio autem quotidiè plurimos, sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis caussa in hæc loca veniunt: præterea ex municipiis frequentes necessarii mei,) quin omnes quum te summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agunt. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis & consiliis obtemperans, præstantissimũ te civem, singularem Cos. præbeas, quibus ego, quanquam verissimè possim respondere, te, quæ facias, tuo judicio & sponte facere, nec cujusquã egere consilio: tamẽ neq; nè assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videatur, neque valde nego. Sum tum avidior, etiam quàm satis est, gloriæ: & tamen non minum est à dignitate tua, quòd ipsi Agamemnoni regi decorum fuit honestum, aliquem in consiliis capiendis Nestorem habere: mihi verò glorioſum te juvenem Cos. referre laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar cùm ad eum ægrotum Neapolim veniſſem,

quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antequam me planè salutaverat, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cùm tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis filium valerem, tum salvi esse possemus. Dolabellæ verò tuo, & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te consulem, solùm possem verè consulem dicere. Deinde multa de facto, ac de re gesta, tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum unquam, nihil Reipub. salutarius testatus est: atque hæc una vox omnium est. A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere, meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare: quanquam, mi Dolabella (hæc enim jocatus sum) libentius omnes meas si modo sint aliquæ meæ laudes, ad te transtulerim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum te intelligere potuisti, tum iis tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore mihi fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis, D. Brutum propter ejus summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem, atque constantiam: tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi jampridem cumulatum etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, anteà dilexisse. Quare quid est, quod ego te horter, ut dignitati & gloriæ servias? Proponam tibi claros viros, quod facere solent, qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quam teipsum. te imitere oportet, tecum ipse certes. Nec licet quidem tibi jam tantis rebus gestis, non tui simile esse. Quod cùm ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi quod haud scio, an nemini, ut summa severitas animadversionis, nõ modò non invidiosa, sed etiam popularis esset, cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Ho

bi fortuna quadã contigisset, gratulorer felicitati tuæ, d contigit magnitudine tum animi, tum etiam ingenii que consilii. Legi enim concionem tuam, nihil illa sa- entius. ita pedetentim tum accessus à te ad causã facti, m recessus ut res ipsa maturitatem tibi animadvertẽdi mnium consensu daret. Liberasti igitur & urbem peri- lo, & civitatem metu. Neque solum ad tempus maxi- am utilitatem attulisti: sed etiam ad exemplum. Quo cto intelligere debes, in te positã esse Rempub. tibique on modo tuendos, sed etiam ornandos illos viros, à uibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus ram plura propediem, ut spero. Tu quoniam Rempub. osque conservas, fac ut diligentissimè teipsum, mi Do- bella, custodias. Vale.

M. T. C. Bruto. S. ad Brutum, epist. 2. 6

NOstræ res meliore loco videbantur. Scripta enim ad te certo scio, quæ gesta sunt, qualeis tibi sæpè scrip- Consules tales extiterunt. Cæsaris vero pueri mirifica doles virtutis, utinam tam facilè eum florentem, & ho- ribus, & gratia regere ac tenere possimus, quam facilè huc tenuimus. Est omnino illud difficilius: sed tamen n diffidimus. Persuasum est enim adolescenti, & maxi- per me, ejus opera nos esse salvos. & certe nisi is An- nium ab urbe avertisset, periissent omnia. Triduo verò, t quatriduo ante hanc rem pulcherrimã, timore quo- m proculsa civitas tota ad te se cum conjugibus & li- ris effundebat, eadem recreata. 12. Kalend. Maii te huc nire, quam se ad te ire malebat: quo quidem die mag- rum meorum laborum, multarumque vigiliarum fru- m cepi maximum, si modo est aliquis fructus ex solida raque gloria. Nam tantæ multitudinis, quantam capit os nostra, concursus est ad me factus, eâ cum usque in pitolium deductus, maximo clamore, atque plausu in tris collocatus sum. Nihil est in me inane, neque enim bet. Sed tamen omnium ordinũ consensus, gratiarum io, gratulatioque me commovet, propterea quod po- larem me esse in populi salute præclarum est. Sed hæc

te malo ab aliis audire, me velim de tuis rebus, consiliis facias diligentissime certiorem. Illudque consideres, ut tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sentit Senatus, populus Romanus, nullos unquam hosteis digniores omni supplicio fuisse, quam eos civeis qui hoc bello contra patriam arma ceperunt: quos quidem ego omnibus sententiis ulciscor, & persequor omnibus bonis approbatoribus. Tu quid de hac re sentias, tui judicii est. Ego sentio, trium fratrum unam & eandem esse causam. Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno prælio ante vicisset. Nam Pansa fugerat vulneribus acceptis, quę ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur & Cæsar. Hostes autem omnes judicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Itaque id Senatusconsult. plerique interpretantur etiam ad tuos, sive captivos, sive dedititios pertinere. Equidem nihil diffe rui duriùs, cùm nominatim de C. Antonio decernerem, quod ita statueram à te cognoscere causam ejus senatum oportere. 10. Kalend. Maii.

CAESARIS PVERI.) Bellum intelligit ad Mutinam pugnatum à Pansa, Hirtio & Cæsare Octaviano cum Antonio.

CAPITOLIVM.) Vt Iovi Optimo Maximo gratias agerem, & Pansæ literas de rostris recitarem de victoria quod soli magistratui licebat facere, privatus enim de rostris verba non faciebat.

Brut. Cicer. S. ad Brut. Epist. 3.

QVanta sim lætitia affectus cognitis rebus Bruti nostri & consulum, faciliùs est tibi existimare quam mihi scribere, Cum alia laudo & gaudeo accidisse: tum quod Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam maximo ad victoriam adjumento. Quod scribis trium Antoniorum unam atque eandem causam esse, quid ego sentiam, mei iudicii esse statuo nihil, nisi hoc senatus, populi Romani iudicium esse de his civibus, qui pugnantes nó interierint. At hoc ipsum inquies iniquè facis, quod hostilis animi in Rempubl. homines civeis appelles, iniustissimè, Quod enim nondum Senatus censuit, nec pu-

pu

pulus Romanus juſſit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum. Illud quidem non muto, quod ei, quem me occidere res non coegit, neque crudeliter quicquam eripui, neque diſſolute quicquam remiſi, habuique in mea poteſtate, quoad bellum fuit. Multo quidem honeſtius judico, magiſque quod concedere poſſit Reſpubl. miſerorum fortunam non inſectari, quam infinita tribuere potentibus, quæ cupiditatem & arrogantiam incendere poſſint. Qua in re Cicero vir optime, ac fortiſſime, mihique merito, & meo nomine, & Reipubl. cariſsime, nimis credere videris ſpei tuæ, ſtatimque ut quiſque aliquid rectè fecerit, omnia dare, ac permittere, quaſi non liceat traduci ad mala conſilia corruptum largionibus animum. Quæ tua eſt humanitas, æquo animo te moneri patieris, præſertim de communi ſalute, facies tamen quod tibi viſum fuerit: etiam ego, cum me docueris. Nunc Cicero, nunc agendum eſt, ne fruſtrà oppreſſum eſſe Antonium gaviſi ſimus, neu ſemper primi cujuſque mali excidendi cauſa ſit, ut aliud renaſcatur illo pejus. Nihil jam neque opinantibus, aut patientibus nobis adverſi evenire poteſt, in quo non cum omnium culpa, tum præcipuè tua futura ſit, cujus tantam authoritatem Senatus ac populus Romanus non ſolum eſſe patitur, ſed etiam cupit, quanta maxima in libera civitate unius eſſe poteſt: quam tu non ſolum benè ſentiendo, ſed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro quæ tibi ſupereſt, nulla abs te deſideratur, niſi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia ſic abundè adſunt, ut cum quolibet antiquorum comparari poſsint tuæ virtutes. Vnum hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quòd male cogitantibus exemplo, aut præſidio ſit. Itaque timeo de conſulatu, ne Cæſar tuus alius ſe aſcendiſſe putet decretis tuis, quam inde ſi conſul factus ſit, aſcenſurum. Quod ſi Antonius ab alio rectum regni inſtrumentum occaſionem regnandi habuit,

quonam

quonam animo fore putas, ſi quis authore non tyranno interfecto, ſed ipſo Senatu putat, ſe imperia quælibet concupiſcere poſſe, Quare tum & facilitatem & providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere cœpero Cæſarem honoribus, quos acceperit extraordinariis, fore contentum. Alienæ igitur, inquies. culpæ me reum facies? prorſus alienæ, ſi providere potuit, ne exiſteret. quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. His literis ſcriptis te conſulem factum audivimus. Tum verò incipiam proponere mihi Rempubl. juſtam, etiam ſuis nitentem viribus, ſi iſthuc videro, Filius valet. & in Macedoniam cum equitatu præmiſſus eſt. Idibus Maiis ex caſtris.

ITAQVE TIMEO.) Senſus eſt, vereor ne Cæſar cùm ad hos extraordinarios honores aſcendit, altius ſe aſcendiſſe putet, quam ſit aſcenſurus, ſi inde poſteà ad conſulatum aſcendat.

Tull. & Cic. S. D. Tironi ſuo. Fam. 16. 9. 8

NOs à te, ut ſcis diſceſſimus ad quartum Nonas Novemb. Leucadem venimus ad octavum Idus Novemb. ad ſeptimum Actium, ubi propter tempeſtatem ad ſextum Idus morati ſumus. Inde ad quintum Idus Corcyram belliſſimè navigavimus. Corcyræ fuimus uſque ad decimum ſextum Kalend. Decemb. tempeſtatibus retenti, Ad 15. Kalend. Decemb. à portu Corcyræorum, ad Caſſiopen ſtadia 120. proceſſimus. Ibi retenti ventis fuimus uſque ad Nonum Kalend. Intereà qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cœnati ſolvimus. Inde Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno nocte illa, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus, eodemque vento poſtridie, (id erat ad ſeptimum Kalend. Decemb.) hora quarta Brunduſium venimus. Eodem tempore ſimul nobiſcum oppidum introiit Terentia, quæ te facit plurimi. Ad quintum Kalend. Decembris, ſervus Cn. Planci Brunduſii tandem aliquando mihi à te exſpectatiſſimas literas reddidit, datas Idibus

s Novemb. quæ me moleſtia valde levârunt, utinam nnino liberaſſent. Sed tamen Aſclapo medicus planè nfirmat propediem te valentem fore. Nunc quidem o te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas ad conleſcendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amom erga me novi. Scio te omnia facturum, ut nobiſcum am primum ſis, ſed tamen ita velim, ut ne quid propes. Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam bdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluii obſequi, quàm valetudini, reliqua cura. Curio miſi, medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus ſet: me, cui juſſiſſet, curaturum. Equum & mulum unduſii tibi reliqui. Romæ vereor, ne ex Kalend. Ian. agni tumultus ſint. nos agemus omnia modice. Relium eſt, ut hoc te rogem, & à te petâ, ne temere navies. Solent nautæ feſtinare, quæſtus ſui cauſa. Cautus s, mi Tyro, mare magnum & difficile tibi reſtat. Si poeris, cum Meſcinio: (cautè is ſolet navigare.) ſi mius cum honeſto aliquo homine, cujus authoritate naicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam ſi adibueris, teque nobis incolumem * ſtiteris, omnia à te abebo. Etiam atque etiam noſter Tyro vale. Medico, Curio, Lyſoni de te ſcripſi diligentiſſimè. Vale.

SYMPHONIAM.) Per tralationem obſequium ſignificat, nempe quod in re aliqua valetudini infeſta obſequutus ſit Lyoni.

MISI.) Pro mandavi, Attic. Lib. 13. Epiſt. 7. Miſi equidem i nunciari te ejus adventum exſpectare.

HONOS.) Pecunia daretur, unde præmium honoris cauſa atum honorarium vocatur.

STITERIS.) Rectè pro incolumem dederis vel obtuleris.

LIBRI TERTII FINIS.

LIBER QVARTVS.

Cicero Servio Sulpitio, S. D. Fam. Lib. 13. Epist. 17.

MAnus Curius, qui Patris negotiatu
multis & magnis de causis à me diligi
tur. Nam & amicitia pervetus mihi cu
eo est, ut primum in forum veni, institu
ta, & Patris cùm aliquoties anteà, tu
proximè hoc miserrimo bello, domu
ejus tota mihi patuit; qua si opus fuisse
tam essem usus, quàm mea. Maximum autem mihi vincu
lum cum eo est, quasi sanctioris cujusdam necessitudinis
quòd est Attici nostri familiarissimus eumque unum præ
ter cæteros observat & diligit. Quem si tu jam fortè co
gnovisti, puto me hoc, quod facio, facere seriùs. Ea enim
est humanitate, & observantia, ut eum tibi jam ipsum pe
se commendatum putem. Quod tamen si ita est, magno
pere à te quæso ut ad eam voluntatem, si quam in illu
ante has meas literas contulisti, quàm maximus poste
commendatione nostra cumulus accedat. Sin autem pro
pter verecundiam suam minus se tibi obtulit, aut eum
nondum habes satis cognitum, aut quæ causa est, cur ma
joris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo
ut neque majore studio quenquam, neque justioribus de
causis commendare possim. Faciamque id quod deben
facere ii, qui religiosè, & sine ambitione commendant
spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meque reci
pio, eos esse M. Curii mores, eamque probitatem, tum
etiam humanitatem, ut eum & amicitia tua, & tam accu
rata cõmendatione, si tibi sit cognitus, dignum fis existi
maturus. Mihi certè gratissimum feceris, si intellexer
has literas tantùm, quantum scribens confidebam, apu
te pondus habuisse. Vale.

MANIVS.) A manè prænomen, sicut Lucius à luce.

Cic. S. D. Therm. Propræt. Fam. 13. epist. 57.

QVò magis quotidiè ex literis nunciisque bellum ma
gnum esse in Syria cognosco, eò vehementiùs à

ro nostra necessitudine contendo) ut mihi M. Anneium egatum, primo quoque tempore remittas. Nam ejus pera, consilio, scientia rei militaris, vel maximè intellio, me, & Remp. adjuvari posse. Quòd, nisi tanta res ejus geretur, nec ipse adduci potuisset, ut à me discederet: neque ego, ut eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Kalend. Maii. Ante eam diem Anneius ad me redeat oportet: Illud quod tecum & coram, & per literas diligentissimè egi, id & nunc etiam atque etiam rogo, curæ sit tibi, ut suum negotium quod habet cum populo Sardiano, pro causæ veritate, & pro sua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, cùm tecum Ephesi locutus sum, te ipsius M. Annei causa omnia velle. Sed tamen, sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intellexero, per te illum ipsum negotium ex sententia confeciſſe. Idque quamprimùm ut efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

Cicero S. D. Silio Proprat. Fam. 13. 63. 3

NOn putavi fieri posse, ut mihi verba deessent, sed tamen in M. Lænio commendando desunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis, sed tamen ut planè perspicere possis voluntatem meam. Incredibile est, quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi carissimus est, M. Lænium. Id fit cum plurimis ejus officiis, tum summa ejus probitate & singulari modestia. Eum ego à me invisissimus dimisi, tum propter familiaritatem, & consuetudinis suavitatem, tum quod consilio ejus fideli, ac etiam bono libenter utebar. Sed vereor, ne jam mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, ficut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere commendare. A teque vehementer etiam atque etiam, peto, ut, quod habet in tua provincia negotii, expedias, quod tibi videbitur rectum esse ipsi dicas. Hominem facillimum liberalissimumque cognosces. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis ejus negotiis per te quamprimùm ad me remittas. Id mihi, fratrique meo gratissimum feceris. Vale.

Pallium

Tul.& Cic. Terent. Tul. Q. Q. S. D. Tiron. Fam. 16. 10.

ETsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desid
ro; tamen non tam mea, quàm tua causa doleo, te no
valere, Sed quando in quartanam conversa est vis morb
(sic enim scribit Curius) spero te diligentia adhibita et
firmiorem fore. Modò fac id, quod humanitatis tuæ es
nequid aliud cures hoc tempore nisi ut quàm comme
dissimè convalescas. Non ignoro quantum ex desideri
labores: sed erunt omnia facilia, si valebis. Festinare
nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculo
hyeme naviges. Ego ad urbem accessi Prid. Non. Ian. ob
viam mihi sic est proditum, ut nihil fieri potuerit hono
ratius. Sed incidi in ipsam flãmam civilis discordiæ, ve
potius belli, cui cum cuperem mederi, & ut arbitror, po
sem, cupiditates certorum hominum (nam ex utraq
te sunt, qui pugnare cupiant) impedimẽto mihi fuerun
Omnino & ipse Cæsar amicus noster, minaces ad Sen
tum, & acerbas literas miserat, & erat adhuc impuden
qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret,
Curio meus illũ incitabat. Antonius quidẽ noster, & Q
Cassius nulla vi expulsi ad Cæsarem cum Curione profe
cti erant. Posteaquam Senatus consulibus, prætoribus
tribunis plebis & nobis (qui proconsules sumus) negoti
dederat, ut curaremus, ne quid Respub. detrimenti cape
ret, nunquam majore in periculo civitas fuit, nunqua
improbi cives habuerunt paratiorem ducem. Omnino e
hac quoq. parte diligentissime ad bellum comparatur.
sit authoritate & studio Pompeii nostri, quod Cæsarẽ se
rò cœpit timere, nobis inter has turbas Senatus freque
flagitavit triumphum, sed Lentulus consul, quò maj
suum beneficium faceret. simulatq. expedisset, quę esse
necessaria de Repub. dixit se relaturũ. Nos agimus nihi
cupidè, eoq. est nostra pluris authoritas. Italiæ regione
descriptæ sunt, quam quisq. partẽ tueretur. Nos Capua
sumpsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atq. etiam cu
ut valeas, literasq. ad me mittas, quotiescunque habeb
cui des. Etiam atque etiam vale. Dat. Prid. Idus Ian.

M. C

M. Cic. Imp. S. D. Cn. Magno, Proc. Att. 8. 15. 1

QVum ad te literas misissem, quæ tibi Canusii redditæ sunt, suspitionem nullam habebam, te Reipubl. [illegible]usa, mare transiturum, eramque in spe magna, fore ut [illegible] Italia possemus, aut concordiam constituere, qua mihi [illegible]hil utilius videbatur, aut Rempubl. summa cum digni[illegible]te defendere. Interim nondum meis literis ad te perla[illegible]s, ex iis mandatis quæ D. Ælio ad Coss. dederas, cer[illegible]or tui consilii factus, non exspectavi, dum mihi à te lite[illegible] redderentur; confestim cum Qu. fratre, & cum liberis [illegible]ostris iter ad te in Apuliam facere cœpi. Cùm Thea[illegible]m Sidicinum venissem, C. Messius familiaris tuus mihi [illegible]ixit, aliique complures, Cæsarem iter habere Capuam, [illegible]eo ipso die mansurum esse Æserniæ. Sanè sum cõmo[illegible]s quod si ita esset, non modò iter meum intercluſum, [illegible]d meipsum planè exceptum putabam. Itaque tum Ca[illegible]s processi, ut ibi potissimùm consisterem, dum certum [illegible]obis ab Æsernia de eo, quod audieram, referretur: at [illegible]ihi, cùm Calibus essem, affertur literarum tuarum ex[illegible]mplum, quas tu ad Lentulum Coss. misisses. Hæ scriptæ [illegible]erant: Literas tibi à L. Domitio ad 14. Kalend. Mart. al[illegible]tas esse, earumq. exemplum subscripseras. magnique in[illegible]teresse Reipubl. scripseras, omnes copias primo quoque [illegible]mpore in unum locum convenire, & ut, præsidii quod [illegible]tis esset, Capuæ relinqueret. His ego literis lectis, in [illegible]dem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus [illegible]opiis ad Corfinium esse venturum, quò mihi, cùm Cæ[illegible]r ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbi[illegible]rabar. Cùm res in summa exspectatione esset, utrumque [illegible]mul audivimus, & quæ Corfinii acta essent & te iter [illegible]Brundusium facere cœpisse. Cùmque nec mihi, nec fra[illegible]ri meo dubium esset, quin Brundusium contenderemus, [illegible]multis, qui è Samnio, Apuliaque veniebant, admoniti [illegible]mus, ut caveremus, ne exciperemur à Cæsare, quòd is [illegible]eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celeriùs [illegible]iam quàm nos possemus, eò quo intenderat, venturus [illegible]set. Quòd cùm ita esset, nec mihi, nec fratri meo, nec

cuiquam

cuiquam amicorum placuit committere, ut teme
noſtra non ſolùm nobis, ſed etiam Reipubl. nocerent;
præſertim non dubitaremus quin ſi etiam nobis tu
iter fuiſſet, te tamé jam conſequi non poſſemus. Inte
primò accepimus tuas literas Canuſio ad 10. Kalen. M
datas, quibus nos hortaris, ut celeriùs Brunduſium ve
mus: quas cùm accepiſſemus, ad 3. Kal. Mart. non dub
bamus: quin tu jam Brunduſium perveniſſes: nobiſq;
illud omnino intercluſum videbamus, neque minus
eſſe captos, quàm qui Corfinium veniſſent. Neque e
eos ſolos arbitrabamur capi, qui in armatorum ma
incidiſſent, ſed eos nihilominus, qui regionibus exc
intra præſidia atque intra arma aliena veniſſent. Q
cùm ita ſit, maximè vellem primùm tecum ſemper f
ſem, quod quidem tibi oſtenderam, cùm à me Capu
rejiciebam. Quod feci non vitandi oneris cauſa, ſed q
videbam teneri illam urbem ſine exercitu non poſſe:
cidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fort
mis accidiſſe. Quoniam autem tecum ut eſſem non c
tigit, utinam tui conſilii certior factus eſſem, nam ſu
tione aſſequi nó potui, quod omnia prius arbitratus ſ
fore, quàm ut hæc Reipubl. cauſa in Italia non poſſet
ce te conſiſtere. Neque verò nunc conſilium tuum rep
hendo, ſed fortunam Reipubl. lugeo. Nec, ſi ego quid
ſis ſecutus non perſpicio, idcirco minus exiſtimo te ni
niſi ſumma ratione feciſſe, mea quę ſemper fuerit ſent
tia, primùm de pace vel iniqua conditione retinen
deinde de urbe (nam de Italia quidé nihil mihi umqu
oſtenderas) meminiſſe te arbitror. Sed mihi non ſumo
meum conſilium valere debuerit; ſecutus ſum tuum, n
id Reipubl. cauſa, dé qua deſperavi, quæ & nunc affli
eſt, nec excitari ſine civili perniciosiſſimo bello pot
ſed te quærebam, tecum eſſe cupiebam, neque ejus rei
culratem, ſi qua erit, prætermittam. Ego me in hac o
cauſa facilè intelligebam, pugnandi cupidis homini
non ſatisfacere. Primùm enim præ me tuli, me nihil m
le quàm pacem; non quia eadem timerem, quæ illi, ſe
b

bello civili leviora ducebam. Inde suscepto bello, cum pacis conditiones ad te adferri, à téque ad ea honorificè, & largè responderi viderem, duxi meam rationem, quam tibi facilè me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me esse unum, qui meis maximis in Rempubl. meritis, supplicia miserrima & crudelissima pertulissem; me esse unũ, qui si offendissem ejus animum, cui, tum cùm jam in armis essemus, Consulatus tamen alter & triumphus amplissimus deferebatur, subjicerer eisdem præliis, ut mea persona semper ad improborum impetus aliquid videretur habere * popularè. Atq; hæc non ego prius sum suspicatus, quàm mihi palam denunciata sunt; neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quàm declinanda putavi, si honestè vitare possem. Quam brevissimam illius, temporis dum in spe pax fuit, rationem nostram vides, * reliqui facultatem res ademit. Iis autem, quibus non satisfacio, facilè respondeo: neque enim ego amicior C. Cæsari unquam fui, quàm illi; neque illi amiciores Reipubl. quàm ego. Hoc inter me & illos interest, quòd cùm & illi cives optimi sint, & ego ab ista laude non absim, ego conditionibus, quod idé te intellexeram velle, illi armis disceptari maluerunt. Quæ quoniam ratio omissa est: perficiam profectò ut neque Respubl. civis in me animum, neque tu amici desideres.

VIRIS FORTISS.) Domitio, Lentulo, Vibullio aliisque qui in Cæsaris potestatem venerant. DVXI MEAM.) Hoc cogitavi me non debere Cæsaris animum offendere. POPVLARE.) Vt unus eo deligeret in quem improbi cives impetum facerent. RELIQVI.) Vt rebus desperatis ad te non venirem, nec enim licuit.

Cn. Magn. Proc. M. Marcel. L. Lent. Cos. S. D. Al. 8. 17. 6

EGo, quòd existimabam dispersos nos, neque Reipubl. utiles, neque nobis præsidio esse posse, idcirco ad L. Domitium literas misi: primùm ut ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, ut cohorteis 19. quæ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod veritus sum, factũ est, ut Domitius implicaretur, neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quod meas 19. & suas 9. cohorteis, tribus in oppidis distributas haberet: (nam

partim Albæ, partim sulmone collocavit)neque si vellet expedire posset. Nunc scitote me esse in summa solicitudine, nam & tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio: neque subsidio ire possum, quòd his duabus legionibus nõ puto esse cõmittendum, ut illuc ducantur. Ex quibus tamen non ampliùs 14. cohorteis contrahere potui quas Brundusium misi: neque Canusium sine præsidio, dum abessem, putavi esse dimittendum. Dellio mandaram, quòd majores copias sperabam nos habituros, ut, si vobis videretur, alteruter vestrum ad me veniret: alter in Sicilia cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparastis & cum iis militibus, quos Faustus legit, proficisceretur: Domitius, cum 12, suis cohortibus eodẽ adjungeretur: reliquæ copiæ omnes Brundusiũ cogerentur, & inde navibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc cùm hoc tempore nihilo magis ego, quàm vos subsidio Domitio ire possum, seu per montes explicare, nõ est nobis cõmittendum, ut ad has 14. cohorteis quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere, me cõsequi possit. Quamobrẽ placitum est mihi (aliter video censeri C. Marcello, & cæteris nostri ordinis, qui hic sunt) ut Brundusium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. Vos hortor, ut quodcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis, & eõdem veniatis quamprimùm. Arma quæ ad me missuri eratis, iis censeo armetis milites, quos vobiscum habetis: quæ arma superabunt, ea si Brundusium jumentis deportaveritis, vehementer Reipub. profueritis. De hac re vellẽ nostros certiores faceretis. Ego ad P. Lupum & C. Coponiũ Prętores misi, ut se vobis cõjungerẽt, & militum quod haberent, ad vos deducerent. Valete.

Cicero Mario S. D. Fam. lib. 7. epist. 3.

PErsæpe mihi cogitanti de cõmunibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & (ut video) versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proximè fuimus unà: quinetiam ipsum diem memoria teneo. Nam ad tertium Idus Maias Lentulo & Marcello Coss. cùm in Pompejanum vesperi veniissem tu mihi solicito animo

præsi

æstò fuisti. Solicitum autem te habebat cogitatio tum ficii, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, vebare, ne officio deessem: si proficiscerer ad bellum, perilum te meum commovebat. Quo tempore vidisti profto me quoque ita conturbatum, ut non explicaré quid set optimum factu: pudori tamen malui, famæque cere, quam salutis meæ rationem ducere. Cujus me mei fti pœnituit, non tam propter periculum meum, quam opter vitia multa, quæ ibi offendi quo venerã. Primùm eque magnas copias, neque bellicosas: deinde, extra dum, paucosque præterea (de principibus loquor) reliqui imùm in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crules, ut ipsam victoriam horrerem: maximum autem æs enum amplissimorum virorum. quid quæris? Nihil bo- præter causam. Quæ cùm vidissé desperans victoriam, imùm cœpi suadere pacem, cujus fueram semper au- or, deinde cùm ab ea sententia Pompejus valde abhorret, suadere institui, ut bellum duceret. Hoc interdum obabat, & in ea sententia videbatur fore, & fuisset forsè, nisi quadam ex pugna cœpisset suis militibus conere. Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator it. Signa tirone, & collectitio exercitu cum legionibus bustissimis contulit: victus turpissimè, amissis etiam caris, solus fugit. hunc ego belli mihi finem feci: nec puta-, cùm integri pares non fuissemus, fractos superiores re, discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendũ fuit, t in aliquas insidias incidendum, aut deveniendum in ctoris manus, aut ad lubam confugiendum, aut capiens tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Certè nihil fuit præterea si te victori nolles, aut non deres committere. Ex omnibus autem iis quæ dixi incommodis, nihil tolerabilius exilio, præsertim innocenti, i nulla adjuncta est turpitudo, addo etiam cùm ea urcareas. in qua nihil sit quod videre possis sine dolore. o cum meis (si quicquam nunc cujuspiam est) etiam meis esse malui. quæ acciderunt, omnia dixi esse futu-. Veni domum non quod optima vivendi conditio es-

ſet; ſed tamen ſi eſſet aliqua forma Reipubl. tanquam i
patria ut eſſem: ſi nulla tanquam in exilio. Mortem mi
cur conſciſcerem: cauſa non viſa eſt: cur optarem, multa
Vetus eſt enim, ubi non ſis, qui fueris, non eſſe cur vel
vivere. Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium
præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem
optimarum artium ſcientiam, & maximarum rerum gl
riam: quarum altera mihi vivo nunquam eripietur, alter
ne mortuo quidem. Hæc ad te ſcripſi verboſius, & tii
moleſtus fui, quod te, tum mei, tum Reip. cognovi aman
tiſſimum. Notum, tibi omne conſilium meum eſſe volu
ut primum ſcires, me nunquam voluiſſe plus quenquam
poſſe, quam univerſam Remp. Poſteà autem quam alicu
jus culpa tantùm valeret unus, ut obſiſti non poſſet, m
voluiſſe pacem: amiſſo exercitu, & eo duce, in quo ſpe
fuerat uno, me voluiſſe etiá reliquis omnibus: poſtquam
non potuerim, mihi ipſi finem feciſſe belli; nunc autem
hæc civitas eſt, civem eſſe me: ſi non, exulem eſſe, non in
cómodiore loco quàm ſi me Rhodum aut Mitylenas con
tuliſſem. Hæc tecum coram malueram: ſed quia longiu
fiebat, volui per literas eadem, ut haberes quid diceres,
quando in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim, qu
cùm meus interitus nihil fuerit Reipublicæ profuturus
criminis loco putent eſſe, quod vivam. Quibus ego cer
ſcio non videri ſatis multos periiſſe: qui ſi me audiſſen
quamvis iniqua pace; honeſtè tamé viverent: armis eni
inferiores, non cauſa fuiſſent. Habes Epiſtolam verboſi
rem fortaſſe, quam velles, quod tibi ita videri putabo, ni
ſi mihi longiorem remiſeris. Ego ſi quæ volo, expedier
brevi tempore te, ut ſpero, videbo. Vale.

Cic. C. M. Marcel. S. D. Fam. Lib. 4. epiſt. 7.

ETſi eo te adhuc uſum conſilio intelligo, ut id repre
hendere non audeam. (nõ quin ab eo ipſe diſſentiam
ſed quod ea te ſapientia eſſe judicé. ut meum conſiliu
non anteponam tuo: tamen & amicitiæ noſtræ vetuſta
& tua ſumma erga me benevolentia, quę mihi jam à pu
ritia tua cognita eſt, me hortata eſt. ut ea ſcriberem ad t
qu

quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerē à dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatum magnificentissimè atque optimè gesseris, præclarè memini: sed idem etiam illa vidi, neque te consiliū civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeii, nec genus exercitus probare, semperque summè diffidere, qua in sententia me quoq; fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi, ne interessem, Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus consilio, authoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis, & viribus quibus pares non eramus. Victi sumus igitur, aut, si dignitas vinci non potest fracti certè & abjecti. In quo tuum consiliū nemo potest non maxime laudare, quod cum spe vincendi, simul abjecisti certandi etiam cupiditatē, ostendistique sapientem, & bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema non libenter persequi. Qui non idem consilium, quod tu secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. Aut enim renovare bellum conati sunt, hique se in Africam contulerunt, aut quemadmodum nos, victori sese crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor à plerisque vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium, à multis etiam magni, ac fortis animi judicatum, sed habet ista ratio, (ut mihi quidem videtur) quendam modum, præsertim cum tibi nihil deesse arbitrer, ad tuas fortunas omneis obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium omninò non putares. De quo quid sentiam nihil attinet dicere, cùm appareat ipse quid fecerim. Sed tamen si jam ita constituisses, ut abesse perpetuò malles, quàm ea quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes, ubicunq; esses, te fore in ejus ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facile passurus esset, te, carentem patria, & fortunis tuis quietè & liberè vivere, cogitandum

tibi

tibi tamen esset, Romæne & domi tuæ cujusmodi res esset, an Mitylenis, an Rhodi malles vivere. Sed cùm ita latè pateat ejus potestas, quę veremur, ut terrarũ orbem complexa sit: nónne mavis sine periculo domi tuæ esse quàm cum periculo alienæ? Equidem etiamsi oppetenda mors esset, domi atque in patria mallẽ, quam in externis atque alienis locis. Hoc idem omnes qui te diligunt sentiunt, quorum est magna pro tuis maximis clarissimisque virtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuę, quàm dissipari nolumus, nam etsi nullam potest accipere injuriã, quæ futura perpetua sit, propterea quod neq. is qui tenet Rempubl. pateretur, neq. ipsa Respubl. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Ii autem qui essent auderẽ scribere, nisi te intelligere confiderem. Hic te unius solicitudines, unius etiam multæ & assiduæ lachrymę C. Marcelli fratris optimi deprecantur, nos cura, & dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod jus adeundi, cùm ipsi deprecatore eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus, quantũ victi. Sed tamen consilio, studio, Marcello nõ desumus: à tuis reliqui non adhibemur, ad omnia parati sumus. Vale.

M. Marcel. Cicer. S. D fam. lib. 4, epist. 11.

PLurimum valuisse apud me tuam semper authoritatẽ cùm in omni re, tum in hoc maximè negotio potes existimare: cùm mihi C. Marcellus frater amantissimus mei, non solùm consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret, non prius mihi persuadere potuit quàm tuis est effectum literis, ut uterer vestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta, vestræ literę mihi declarant. Gratulatio tua, etsi est mihi probatissima, quòd ab optimo sit animo, tamẽ hoc mihi multò jucundius est, & gratius, quòd in summa paucitate amicorũ, propinquorum ac necessariorum, qui verè meæ saluti faverent, te cupidissimum mei, singularemque benevolentiam mihi præstitisse cognovi. Reliqua sunt ejusmodi, quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facilè, & æquo animo carebam. Hoc verò ejusmodi esse statuo, ut sine talium virorum,

amic

amicorum benevolentia, neque in adversa neque in secunda fortuna quisquam vivere possit, Itaque in hoc ego mihi gratulor: Tu verò, ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Vale.

Ser. Sulp. Cic. S. D. Fam. 4. lib. 12. 10

ETsi scio non jucundissimum nuncium me vobis allaturum; tamen quoniam casus & natura in bonis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res sese haberet, vos certiores ut facerem. Ad 10. Kal. Iunii, cùm ab Epidauro Piræum navi advectus essem, ibi Marcellum collegam nostrum conveni, eúmque diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. Postero die, cùm ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem: ille, uti aiebat, supra Maleas Italiam versus navigaturus erat. Postridie ejus diei, cùm ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter horam decimam noctis. Posthumus familiaris ejus ad me venit, & mihi nunciavit. M. Marcellum collegam nostrum post cœnæ tempus à P. Magio, Cilone familiari ejus pugione percussum esse, & duo vulnera accepisse: unũ in stomacho alterum in capite secundum aurẽ, sperare tamen eum vivere posse. Magium seipsum interfecisse: posteà se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nunciaret, & rogaret, uti rogerem medicos. Coegi, & è vestigio eò sum profectus prima luce. Cùm non longè à Piræo abessem, puer Acilini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paulò ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine teterrimo, acerbissima morte est affectus; & cui inimici propter dignitatẽ pepererant, inventus est amicus qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernaculũ ejus perrexi: inveni duos libertos, & pauculos servos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculũ interfectus esset. Coactus sum in eadẽ illa lectica, qua ipse elatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre, idque pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Athenienſibus locum sepul-

turæ

turæ intra urbem ut darent impetrare non potui: quod religione se impediri dicerent, neque tamen id ante cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, ut in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus: ibique eum combussimus: posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quæ nostra officia fuerunt, pro * collegio & propinquitate, & vivo, & mortuo omnia ei præstitimus. Vale. Datæ Prid. Kalend. Iun. Athenis.

CILONE.) Cognomentum Magiorum, Festus dictos asserit ab eminentiore fronte vel à capite oblongo. DOMINVS) Servis etenim capitale erat dominum non defendisse, unde Syllanum Senatusconsl. Tacitus bis lib. 14. INTRA VRB.) Solonis lege vetitum, & lege duodecim tabularum: In urbe ne sepelito, neve urito. Paus. docet sua ætate nullum in urbe sepulchrum. GYMNASIO.) Tria erant Athenis, Lycæum, Cynosarges, Academia. Academiam Plato, Lycæum nobilitavit Aristoteles, olim Palæstritarum loca, postea sophorum. COLLEGIO) Collegii causa, quia Consules una fuere.

Cic. Q. Ligario S. D. Fam. 6. 13. 11

ETsi tali tuo tempore, me aut consolandi, aut juvandi tui causa, scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci, quia neque lenire videbar oratione, neque levare posse dolorem tuum. Posteà verò quàm magnam spem habere cœpi, fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatem declararem meam. Primùm igitur scribam, quod intelligo & perspicio, non fore in te Cæsarem duriorem. Nam & res eum quotidie & dies, & opinio hominum, & ut mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit: idque cùm de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis ejus quibus ego, ex eo tempore, quo primùm ex Aphrica nuncius venit, supplicare unà cum fratribus tuis non destiti, quorum quidem & virtus, & pietas, & amor in te singul[illegible] & perpetua salutis tuæ cura, tantum prosc[illegible] quod non ipsum Cæsarem tributurum exist[illegible] diùs sit, quàm volumus. Magnis occupationibus ejus

o omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt, simul Aphricanę cauſę iratior, diutiùs velle videtur eos bere ſolicitos à quibus ſe diuturniorib⁹ putat eſſe molis conflictatum. Sed hoc ipſum intelligimus eum quoie remiſſiùs & placatiùs ferre. Quare mihi crede, & emoriæ manda, me tibi id affirmaſſe, te in iſtis moleſtiis utiùs non futurum. Quando, quid ſentiré, expoſui quid lim tua cauſa, re potius declarabo quam oratione. Et, antum poſſem, quantum in ea Repub. de qua ita meris ſum, ut tu exiſtimas, poſſe debebam, ne tu quidem in is incommodis eſſes. Eadem enim cauſa opes meas fret, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed tamen uicquid imago veteris meæ dignitatis, quicquid reliię gratię valebunt, ſtudium, conſilium, opera, gratia, fies mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac beas fortem animum, quem ſemper habuiſti, primũ ob s cauſas, quas ſcripſi, deinde quod ea de Repub. ſemper oluiſti, atque ſenſiſti, ut non modo ſecunda ſperare deas: ſed etiam, ſi omnia adverſa eſſent, tamẽ & conſcien-, & factorum, & conſiliorum tuorum, quæcunque accierent, fortiſſimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.

Cicero Ligario S. D. Fam. 6. 14. 12

ME ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere. Nam cum te mper maximè dilexi, tum fratrum tuorum, quos æquè que te ſumma benevolentia ſum complexus, ſingularis ietas, amorque fraternus, nullum me patitur officii erga , ſtudiique munus aut tempus prætermittere. Sed quæ ciam, fecerímque pro te, ex illorum te literis quàm ex eis malo cognoſcere. Quod autem ſperem, aut confim & explo[illegible] habeam de ſalute tua id tibi à me deirari vo[illegible] eſt timidus in magnis periloſiſque r[illegible] magis adverſos rerum exitus emens, [illegible] es, is ego ſum: & ſi hoc vim eſt, eo [illegible] ſum. Ego idem tamen, m ad[illegible] rogatu fratrũ tuorum miſſe[illegible] , ſique voluntatem adeundi, & con-

conveniendi illius indignitatem, & molestiam pertu
sem, cùm fratres & propinqui tui jacerẽt ad pedes, & e
essem locutus, quæ causa, quæ [illegible] postulabat, n
solũ ex oratione Cæsaris quę sanè mollis, & liberalis fu
sed etiam ex oculis & vultu, & multis prętereà signis, q
facilius perspicere potui quàm scribere, hanc in opinio
discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. Quamobrẽ
animo magno fortique sis, & si turbidissima sapienter
rebas, tranquilliora lætè feras. Ego tamen tuis rebus
adero, ut difficillimis: neque Cæsari solum, sed etia
amicis ejus omnibus, quos mihi amicissimos esse cogn
vi, pro te ficut adhuc feci libentissimè supplicabo. Vale.

AD 2. KALEND. INTERCAL.) Spinosus locus si quis alter
Ciceronę, Vide Ald. Manut. Pauli filium, de quæstitis per Epistol
ubi intercalationem Numæ explicat, & C. Cæsaris pluribus verb
Inter Novembrem enim & Decembrem duos alios menses inter
ciebant, adoò ut quindecim mensium cum intercalario esset annu
Et dies mensis Novembris, qui Kalendarum Decembrium nom
vulgo vocantur (absque Decembris mentione) dicti sunt Kalend
rum intercalarium priorum nomine. 14. Novemb. dicebatur, 1
Kalend. intercalares priores 15. dictus 16. Kalend. intercalar
priores: & sic ad ultimum Novemb. diem qui dicitur 2. Kalen
intercalares priores. Dies cujus hic mentio.

Brut. Imp. Cos. Des. S. D. Cic. Fam. 11. 13.

IAm non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre possi
huic verbis non patitur res satisfieri. Attendere te vol
quæ in manib' sunt. Qua enim prudẽtia es nihil te fugie
si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Ante
nium his de causis, Cicero non potui: eram sine equit
bus, sine jumentis. Hirtium periisse nescieba. Cæsari no
credebam prius, quàm convenissem, & collocutus esse
Hic dies hoc modo abiit. Postridiè manè à Pansa sum a
cersitus Bononiam. Cùm in itinere essem, nunciatum m
hi est, eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas.
enim verè eas appellare possum. Sunt extenuatissimæ,
inopia omnium rerum pessimè acceptę. Biduo me Ante
nius antecessit, itinera multò majora fugiens, quàm eg
sequens. Ille enim it passim, ego ordinatim, quacunq
ivit, ergastula solvit, homines abripuit, constitit nusqu
prius, quàm ad Vada venit. Quem locum volo tibi e

um. Iacet inter Appenninum & Alpeis, impeditissimus
ter faciendum. Cùm abessem ab eo millia passuum
inta, & se jam Ventidio conjunxisset, concio ejus ad
est allata, in qua petere cœpit à militibus, ut se trans
eis sequerentur, sibi cum Marco Lepido convenire.
clamatum est, & frequenter à militibus Ventidianis,
m suos valdè quâ paucos habet) sibi aut in Italia per-
dum esse, aut vincendum. Etiam orare cœperunt, ut
llentiam iter facerent. Quum sustinere eos non posset,
posterũ diem iter suum contulit. Hac re mihi nunciata
im, qũinque cohorteis Pollentiam præmisi, meumque
eò contuli. Hora ante præsidium meum Pollentiam
it, quàm Trebellius cum equitibus, sanè quàm sum
visus: in hoc enim victoriam puto consistere. In spem
nerant, quod neque Planci quatuor legiones, omnibus
s copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam cele-
er exercitum trajici posse credebant, quos ipsi adhuc
is arroganter Allobroges, equitatusque omnis qui eò
emissus erat à nobis, sustinebant, nostroque adventu
lineri facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam
su Isarum se trajecerint, ne quid detrimenti Reipub. in-
gant, summa à nobis dabitur opera. Vos magnum ani-
um, optimamque spem de summa Republ. habere vo-
mus, cùm & nos, & exercitus nostros, singulari concor-
conjunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed
men nihil de diligentia remittere debetis, dareq; ope-
m, ut quàm paratissimi ab exercitu, reliquisque rebus,
o nostra salute contra sceleratissimam conspirationem
stium confligamus, qui quidem eas copias quas diu si-
mulatione Reipubl. comparabant, subitò, ad patriæ pe-
culum converterunt. Vale.

Cicero Bruto S. D. Brut. ex epist. 6. 14

Cripta & obsignata jam Epistola literæ mihi redditæ
sunt à te plenæ rerum novarum, maximeq. mirabiles,
labellam quinque cohortes misisse in Chersonesum.
leóne copiis abundat, ut is qui ex Asia fugere dice-
Europam appetere conetur? Quinq; autē cohortibus
quidnam

quidnam se facturum arbitratus est, cùm tu eò, qui
legiones, optimum equitatum, maxim a auxilia habe
Quas quidem cohortes spero jam tuas esse, quoniam
tro ille tam fuit demens: & tuum consilium vehemen
laudo, quod non prius exercitũ Appollonia Dyrrhachi
movisti, quàm de Antonii fuga audisti, Bruti eruptio
populi Romani victoria. Itaque quod scribis postea
tuisse te ducere exercitum in Chersonesum, nec pati
leratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Roma
facis ex tua dignitate, & è Repub. Quod scribis de se
tione, quæ facta est in legione quarta de Antoniis (qu
dicam in bonam partem accipias) magis mihi proba
militum severitas, quam tua, te benevolentiam exerci
equitumq; expertum vehementer gaudeo. De Dolabe
ut scribis, si quid habes novi, facies me certiorem, in q
valdè delector, me ante providisse, ut tuum judicium
berum esset cum Dolabella belli gerendi: & id valde p
cinuit ut ego tum intelligebã, ad Rempubl. ut nunc ju
eo, & ad dignitatem tuam. Quod scribis, me maximo a
me egisse, ut insectarer Antonios, idque laudas, credo
videri tibi, sed illam distinctionẽ tuam nullo pacto p
bo. Scribis enim acriùs prohibẽda bella civilia esse, qu
in superatos iracundiam exercendam. Vehementer à
Brute dissentio, neque clementiæ tuæ concedo, sed sa
varis severitas vincit inanem speciem clementiæ. Quò
clementes esse voluerimus, nunquam deerunt bella ci
lia. Sed de hoc tu videris. De me possum idẽ, quod Pl
cinus pater in Trinummo. Mihi quidem ætas acta fer
est, tua ipsius refert maximè. Opprimemini (mihi cred
Brute, nisi provideritis. neq; enim populum semper e
dem habebitis, neque Senatum, neque Senatus duce
Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: ni
potest esse verius. 14. Kalend. Maii. Vale.

DOLABELLAM.) Ciceronis gener, aliquandiu bonum civem
mulavit, ut erectam Cæsari in foro columnam everteret: poste
Antonio corruptus Rempubl. deseruit, & Syriæ administratio
populo accepta, victus à Cassio Laodiceæ oppressus, ser-
vicem feriendam præbuit. Appianus.

CELERATISSIMO.) Dolabellam ita vocat quod noctu Trebo-
m Smyrnæ improviso accessu oppressum occiderat. Addo quod
rus eum in hostium, numerum retulerat.
SEVERITAS.) Milites qui seditionem fecerant ut delictum suum
odam modo corrigerent seditionis auctores occiderunt, Quæ-
rem & Legatos C. Antonii ad necem depoposcerunt. Dion.

Cicero S. D. Titio. Fam. 5. 16. 15

SI unus ex omnibus, minimè sum ad te consolandum accommodatus, quod tantum ex tuis molestiis cepi doris, ut consolatione ipse egerem: tamen cum longius ummi luctus acerbitate meus abesset dolor, quâ tuus, rui nostræ necessitudinis esse, meaq; in te benevolétiq, n tacere táto in tuo mœrore tamdiu, sed adhibere ali- am modicam consolationem, quæ levare dolorẽ tuum set, si minus sanare potuisset. Est autẽ consolatio per- lgata quidem illa maxima, quam semper in ore, atque nimo habere debemus, homines, nos ut esse memine- us, ea lege natos, ut omnibus fortunæ telis proposita vita nostra: neque esse recusandum, quo minus ea, qua sumus conditione vivamus, neve tam graviter eos s feramus, quos nullo consilio vitare pos[illegible] even- que aliorum memoria repetendis, nihil acciderit no- novi cogitemus. Neque hæ, neq; cæteræ cõsolationes, sunt à sapientissimis viris usurpatæ, memoriæque & ris proditæ, tantum videntur proficere debere, quan- status ipse nostræ civitatis, & hæc perturbatio tem- um perditorum: cùm beatissimi sint, qui liberos non eperunt: minus autem miseri, qui his tẽporibus ami- unt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua Repub. didissent. Quòd si tuum te desiderium movet, aut si rum rerũ cogitatione mœres, nõ facilè exhauriri tibi m dolorem posse universum puto: sin illa te res cru- , (quæ magis amoris est) ut eorum, qui occiderunt erias lugeas, ut ea non dicam, quæ sæpissimè & legi & ivi, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, norralitas alia potius, [illegible] ducenda sit: sin sit sus, nulla videri miseri[illegible] quæ non [illegible]atura tamen non dubitans confirmare possum ea miseri, parari,

parari, impendere Reipub. quæ qui reliquerit, nullo m
do mihi quidem de[illegible]us esse videatur. Quid est en
jam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis studi
bonis artibus, sed omnino libertati ac saluti loci? N
meherculè quenquam audivi hoc gravissimo & pestile
tissimo anno adolescentulum aut puerum mortuum, q
mihi non à diis immortalibus ereptus ex his miseri
atque ex iniquissima conditione vitæ videretur. Quare
hoc unum tibi detrahi potest, ne quid iis quos ama
mali putes contigisse, spei multum erit ex mœrore tuo d
minutum. Relinquetur enim simplex illa jam cura dol
ris tui, quę non cum illis communicabitur, sed ad teipsu
propriè referetur: in qua non est jam gravitatis, ac sapie
tiæ tuæ, quam tu à puero præstitisti, ferre immoderati
casum incommodorum tuorum, qui fit ab eorum qu
dilexeris miseria, maloque sejunctus. Etenim eum semp
te, & privatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda ut
tibi gravitas, & constantiæ serviendum. Nam, quod all
cura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetust
tollit, id nos præripere consilio prudentiaque debemu
Etenim si nulla unquam fuit liberis amissis tam imbec
lo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum f
cerit, certè nos, quod est dies allatura, id consilio antef
re debemus: neque exspectare temporis medicina
quâ repręsentare ratione possimus. His ego literis, si q
profeciſſem, existimabam optandum quiddam me e
assequutum: sin minùs fortè valuissent, officio tamen e
functum benevolentissimi atque amicissimi, quem
tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum e
confidas. Vale.

FINIS.

Martius		
	1	Kalendæ.
6	2	4
5	3	3
4	4	Prid.Non.
3	5	Nonæ.
l.No.	6	8
æ.	7	7
8	8	6
7	9	5
6	10	4
5	11	3
4	12	Prid. Id.
3	13	Idus.
. Id.	14	19
s.	15	18
	16	17
	17	16
	18	15
	19	14
	20	13
	21	12
	22	11
	23	10
	24	9
	25	8
	26	7
	7	6
	28	5
	29	4
	30	3
	31	Prid. Kal.

TABVLA

Non. Id. Kalend.

perpetua.

MEnsis quilibet in Kalendario Romano tripertitus fuit, in Kalendas, Nonas, Idus: Quarum omnis numeratio est retrograda, Sed Nona & Idus denominantur à mense in quo sunt, Kalenda autem à mense sequente. Discrimen omne à Nonis pendet, siquidem in Martio, Maio, Iulio, Octobri, *sex Nona sunt, & dies septimus Nona vocatur. In reliquis octo mensibus quatuor sunt tantum Nona & quintus dies Nona appellatur. In quolibet mense Idus sunt octo: quare ubi sex sunt Nona, Idus contingunt 15. die, ubi verò quatuor Nona, 13. dies est Iduum. Reliqui exinde dies post Idus denominantur per kalendas mensis sequentis: ut in Maio 20. dies est 13. Kalendarum Iunii. Verùm ad memoriam juvandam hi duo versiculi inventi sunt,*

Maius sex Nonas October Iulius & Mars,
Quattuor at reliqui dabit Idus quilibet octo.